

RAYMUNDUS TELLERÍA

REV. D. CAIETANUS DE LIGUORO, S. ALFONSI FRATER
EIUSQUE NEPOS ALFONSINUS
BENEFICIO ECCLESIASTICO MUNIUNTUR
A DUCE GRAVINA ORSINI

Apud S. Alfonsi biographos vix ullus ceditur locus Rev.do D. Caietano de Liguoro, fratri tanti Doctoris, ob praesumptam documentorum inopiam: quae, nuper aliquatenus evanescens, nobis permittit illuminare familiae De Liguoro angulum, unde D. Caietanus — spectabilis sacerdos — gessit in spiritualibus vices S. Alfonsi, diluculo abeuntis e sua domo ut sese manciparet servitio Ecclesiae suaeque Congregationis. Ex novis archivi documentis instabo iis, quae ad beneficia ecclesiastica spectant, tum propter eorum faciem ineditam, tum ob quorundam relationem cum nepote D. Alfonsino, hucusque prorsus ignotam. Ad haec, etsi incidenter, in medium proferam notitias quasdam, forsit suberrantes, quae afficiunt S. Alfonsum et cardinalem Orsini ac clarius reponunt adiuncta, in quibus ad invicem amicitiae ligamina confoverunt. Demum, superato diverticulo seu « episodio » vocationis suae a D. Alfonsino, nobis restant illius renuntiatio beneficiaria atque patris sui D. Caietani testamentum. Instrumenta porro notarilia, quorum transumpta praebentur ad calcem huius articuli, adaequant familiam De Liguoro aliis plurimis coaevis quoad beneficia ecclesiastica recipienda vel commutanda.

I. - *D. Caietani ortus, adolescentia et primum clericale curriculum.*

D. Caietanus in lucem editus est Neapoli die 4 septembris an. 1701, quintus inter octo filios coniugum De Liguoro-Cavaleri (1). De illius ac de S. Alfonsi pueritia, inter domesticos parietes acta atque spiritualiter enutrita exemplis verbisque matris piissimae, factus est ipsemet D. Caietanus — iam senior — summus testis ac praeco in colloquiis quae, tribus ante mortem annis, conseruit cum P. Antonio Tannoia, iam iam mentem suam exco-

(1) Arch. Parr. S. Maria dei Vergini, Lib. XI, Bapt., f. 200. - Cfr etiam: *Contributi*, 39.

quente ad primam et quodammodo perennem S. Alfonsi biographiam exarandam (2). Haud ita pridem, indagans natalia calabra D. Dominici Bonaccia, laudibus extuli eiusdem magisterium litterarium, utpote historice fundatum verbis sacerdotalibus eiusdem institutoris declarantis: «Fit fides per me subscriptum in hac Neapolis civitate Grammaticae, Humanitatis et artis metricae publice professorem, etiam cum iuramento tacto pectore quatenus opus fuerit, Dom.num D. Caetanum Liguoro, omni solertia totiusque viribus sub mei disciplina litteris humanis operam dare. XVIII Kalend. Xbris 1715. Dominicus Bonaccia» (3). Ex quibus verbis erui nequit utrum, cum humaniorum litterarum disciplina, sociaverit D. Bonaccia munus custodis domestici(aio) erga adolescentes palatii De Liguoro.

Interea propter matris electionem ac pro diuturna gentis Cavalieri devotione erga filios S. Philippi Nerii neapolitanos (4), Caietanus noster receptus fuit inter nobiles iuniores oratorii philippensis S. Ioseph: die quidem 29 septembris an. 1712 aggregatus mansit sic dictis novitiis, die autem 24 februarii an. 1713 cooptatus fratribus (*fratelli*). Ita sane ut per triennium 1712-1715 convenirent in oratorio ibique exercitiis devotis atque educativis adsisterent una simul tres sanguine fratres: S. Alfonsus, Antonius et Caietanus, regente sodalium tamquam praefecto iuniore P. Casimiro Sicola (5). Si vero animum vertimus ad munia, quibus in oratorio functi sunt adolescentes De Liguoro, fortasse suspicabimur Antonium et Caietanum meliore tunc voce praeditos fuisse quam S. Alfonsum:

(2) «Tre anni prima della morte di Monsignore strappai cosa di più dall'altro fratello D. Gaetano; e fu tratto di Provvidenza, che, se non era a tempo, trovato l'avrei partito per l'altro mondo». [A. TANNOIA], *Della vita... del Ven. Alfonso M^a Liguori*, I: A chi legge, p. VII. - Cfr etiam: lib. I, c. II, IV (Napoli 1798) 4, 13.

(3) Cfr *Spic. hist.* (1964) 205-208. Cfr etiam: *Contributi*, 113.

(4) Arch. GIROLAMINI, Napoli. Fondo «Bellucci», *Libro dell'Oratorio di S. Giuseppe dal 1^o maggio 1676*. - Inter sodales primi decenniis comperimus Aemilium (futurum Troiae episcopum) et Iosephum Cavalieri, S. Alfonsi avunculos utpote fratres D. Annae Cavalieri, matris S. Doctoris: pariter invenimus Lellium Gittio, Petrum Marcum Gittio, Nicolaum d'Avenia aliosque adolescentes sanguine vel amicitia cum S. Alfonsi familia coniunctos. - Cfr etiam: *Analecta C.SS.R.* 31 (1959) 307-312.

(5) P. Casimirus Sicola, qui ab ineunte mense ianuario an. 1710 praefecti munere plerumque fungitur, erat novellus sacerdos, quippe qui die 10 maii anni praecedentis, simul cum suis fratribus can^o Onophrio et Rev.do P. Iosepho Antonio, ante notarium comparet adhuc subdiaconus: «Il R.do P. subdiacono D. Casimiro Sicola, chierico della Cong.ne dell'Oratorio di S. Filippo Neri de' PP. Gelormini» (Arch. di Stato, Napoli, Not^o Francesco Ant^o Palmieri, an. 1709, f. 55). Consodalis alter, natu et dignitate maior P. Thomas Pagano, exhibetur communitati adscriptus ab an. 1708, una cum PP. Philippo Mastrillo praeposito et Marcello Mastrillo (Arch. di Stato, Not^o Antonio Cirillo, an. 1708: testamenti, affitti, 18 ott.) Notum est P.em Thomam Pagano fuisse spiritualement S. Alfonsi moderatorem. Ceterum P. Sicola se palam dixit «discipulum» P.is Pagano, dum huius transcripsit tractatus theologicos «de De Uno» et «de angelis», carptos ex theologis Godoy et Spinola. (Bibl^a Gerolamini, Cod. 152, Pil. XXI, n. 4).

illi etenim semel atque iterum in Actis adscribuntur delectis cantoribus, nunquam vero S. Alfonsus, cui e converso mandantur potissimum partes secretarii, novitiorum magistri, ianitoris et his similes. In vicem Caietanus quoque die 1^a novembris an. 1718, qua a secretario exscribitur postrema illius comparitio, insignitur gradu et munere magistri novitiorum (6).

Ante hanc ultimam inter sodales comparitionem, D. Caietanus sibi praestituerat vocationis suae negotium. Afflantibus siquidem sibi piis genitoribus necnon praeceptore D. Bonaccia et PP. Philippibus, viam sanctuarii capessere deliberavit ideoque sub finem an. 1715, hoc est, incipiente vitae suae anno decimo quinto nisus est praemunire incertos deliberationis futuros casus vallo oeconomico, scilicet titulo patrimoniali iuxta mores illius aetatis, quae non recusabat conferre beneficia ecclesiastica adolescentibus vix pubertatem ingredientibus (7).

Patrimonii donatio nos inducit, ut eiusdem adiuncta ponderemus, sive ex parte donantis et suscipientis, sive ex oeconomico beneficii aspectu. Agitur in primis de duce Gravina Orsini, qui iure familiari patronatus regebat beneficium S. Matthaei de Ferrillis « praesentando ac nominando » illius beneficiarium, mox ab Emm^o archiepiscopo neapolitano confirmandum. Anno 1715 praefatus dux nuncupabatur D. Philippus Bernualdus Orsini, dignus sane qui memoretur non solum ob transeuntem huius beneficii collationem, sed magis etiam propter suam suaeque familiae consuetudinem cum S. Alfonso. Annis nondum maturus, praegustaverat hoc quinquennio 1711-1716 connubii oblectamenta ac tribulationes (8), simul atque sibi parabat Neapoli, Romae et Vindobonae honorum ascensionem (9): eo praestantiores, quo magis debebantur genti suae

(6) Supra citatus (n. 4) codex seu « Libro dell'Oratorio di S. Giosepe » constat duabus partibus, quarum prima recenset candidatorum nomina eorumque sodalitati adscriptionem sub titulo: *Ricevuti*; secunda vero munera, quae adolescentibus semestratim obibant: *Catalogo degli ufficiali* (f. 76 ss): quae sane officiorum nomenclatura redolebat interdum mentem conventualem, v. gr. *Rettore, Consultori, Maestri de' Novitij, Maestri di cerimonie, Infermieri*, et sic porro.

(7) Annuarium sive *Notizie* (Roma, Chracas 1740) illius aetatis nobis communicant, v. gr. (p. 200-201) elenchum « di tutti gli Eminentissimi Signori Cardinali viventi nell'anno 1740 secondo la loro nascita », quos inter proponitur « Ser.^mo Infante di Spagna 13 [anni] ».

(8) « E' già seguito il matrimonio del Sig. Duca di Gravina con la figlia del Sig. Principe della Torella Caracciolo ». Arch. Vat., Napoli, v. 144, f. 177, 3 feb. 1711. Post biennium Nuntius die 5 martii an. 1713 card. Secretario Status communicat ducissae Graviniae mortem post primum partum eidem obvenerentem. *Ibid.*, v. 150, die 5 martii 1715. - Dux autem D. Philippus inivit post triennium secundas nuptias: « Roma, 7 aprile 1718. - Il card. Conti nella cappella del palazzo del Sig. Principe Ruspoli sposò il Sig. Filippo Orsini, duca di Gravina, colla Sig.^a D. Giacinta, figliuola del Sig. Principe D. Francesco M^a Ruspoli ». Diario Ordinario d'Ungheria, Roma, Chracas, n. 148, aprile 1718, p. 10.

(9) Inter plurima testimonia ecce D. Philippi elogium an. 1711 editum, cum eiusdem ducis splendida effigie, ab ignatiano moralista: « Principem convenio id aetatis praecoces

nobili ac suo patruo card. Orsini, archiepiscopo beneventano, mox (1724) Summo Pontifici Benedicto XIII.

Premittit nos sponte curiositas dignoscendi cur vir iste patritius delegerit familiae de Liguoro surculum seu membrum ad capellaniam S. Matthaei tenendam. Hucusque silent archiva, quorum arcanis respondebo interea duplici hypothesi. Prima respicit communitatem philippensem, intra cuius oratorium nobilium adolescentium renidebant tres De Liguoro gemmae, nempe Alfonsus, Antonius et Caietanus, de quibus sine dubio certatim gaudebant non modo PP. Sicola et Pagano, verum etiam P. Raymundus (vulgo Mondillo) Orsini, qui mense iulio an. 1713 primam suam missam celebravit in splendido Oratorii templo, circumsesus ille densa procerum turma (10) ac recreatus fratris sui D. Philippi obsequiis. Intra hanc porro amicitiae marginem dux Gravina effingitur inclinis ad donandum D. Caietano patronale beneficium.

Ex opposito altera hypothesi transcendit in campum rei publicae sive politicae, quae valeret D. Philippi voluntatem trahere erga familiam De Liguoro cupidine praemii (11). Enimvero dux

jam ac maturos spei fructus repraesentantem... Principem... cujus exemplum, cujus vel ipse aspectus morum censura est... Nos, qui te prima juventute face praefervidae indolis adolescentem de facie novimus, Ursina ab Domo, facile cognoscimus quantum nomen famae assignaveris... Inter Venetae Reipublicae patritios interque Hispaniae optimates primae notae primique subsellii assidens jure suo, Graviniae Dux XIV... Satis est Te meminisse Eminentissimi Vincentii Mariae Ursini Beneventani Archiepiscopi, Episcopum Tusculani, meritissimum ex fratre nepotem, ut patrocini tui pene uno verbo mihi res peragatur». DOM. VIVA, *Damnatae Theses...* [Opus dicatum Philippo Bernualdo Ursino, Hispaniarum Magnati Primi Ordinis, Patavii 1711. Prologus]. Titulus seu «Grandatus» Hispaniae concessus fuit D. Philippo an. 1708. Arch. Vat., Napoli, v. 139, f. 442, mense maio an. 1708. - Cfr etiam: Arch. di Stato, Firenze, fondo Medici, v. 4134: Napoli, Gio. B^a Ceconi, Lettere-Minute: 26 sett. 1719. «Nota de' Personaggi del Regno di Napoli, che godono il granducato di Spagna... Nel governo dell'Imperatore Carlo Sesto: il Sig. Duca di Gravina Orsini».

(10) Die 11 iulii an. 1713 transmittit Nuntius cardinali secretario Status: «D. Mondillo Orsini, fratello del Sig. Duca di Gravina e nipote del Sig. card. Orsini, celebrò l'altra mattina la sua prima messa nella chiesa de' PP. Gerolamini con grande apparato e concorso di nobiltà». Arch. Vat., Napoli, v. 147, f. 35 v. - De ipsius professione philippensi affirmat testis in processu consistoriali an. 1724: «D. Mondillo Orsini, arc^o di Corinto... Saranno dieci anni ch'egli era prete dell'Oratorio di S. Filippo Neri di Napoli, chiamati li Girolimini...». - *Ibid.*, Proc. Consist., an. 1724, v. 110, f. 461-466: Melphiensis Eccl^a.

(11) Prae honoribus ac premiis Romae collatis duci Gravina emicuit sub finem an. 1715 illius promotio inter principes Solii Pontificii, de qua ac de cuius consequentiis practicis occupantur illis mensibus cancellarii diplomatici. Cfr Arch. Vat., Napoli, v. 151, f. 424 v., 24 nov. 1715. - Item: Arch. di Stato, Napoli, Supremo Consiglio di Vienna, Consulte (1713-1718): «Vienna 20 de marzo de 1716. El Consejo de España en vista de un Memorial del Duque de Gravina, en que suplica a V.M. el permiso de passar à Roma, para tomar possession del honor de Principe del Soglio, que le ha acordado Su Santidad, y asimismo Cesareo Real Orden para que el Embajador proteja sus intereses y pleitos con la Princesa de los Orsinos, es de dictamen que V.M. se digne venir con la instancia». Ad instrumenti oram: «Conformándose con el Consejo se escribirá al Embajador lo que viene consultado, teniendo ya Gravina la licencia de passar a Roma». - Item: Ost. Staatsarchiv [*Vienna*], Neapel, Korrespondenz, v. 53: Graf Daun (1715-1716): «He recibido dos despachos: uno en que S.M.C. prescribe su Cess^a Real voluntad, el uso y modo de gozar el Duque de Gravina de

iste Gravina Orsini hisce annis non semel exquisivit atque assequutus est favorem proregum Grimani, Borromeo et Daun, pone quos eodem tempore (1709-1714) agebat tanquam Status et Belli secretarius sive minister D. Iosephus Cavalieri, avunculus trium adolescentium De Liguoro, ultra quam quod eorum pater D. Iosephus de Liguoro sive Vindobonae sive Neapoli fruebatur auctoritate et gratia apud imperatoris et proregis consiliarios. Potuit subinde D. Philippus Orsini, de suis feudis Solofranis (Solofra) non raro inquietus (12) aucupari vel retinere sibi benevolentiam familiae De Liguoro ope elargitionis beneficiariae. Ceteroquin hoc anno 1715 invenimus D. Philippi animum eatenus anxium donec seligeret cappellanos, quorum nominatio iure patronatus addicebatur familiae Gravina Orsini (13).

Quidquid sit de duplici insinuata hypothesis, ob oculos submittimus (Doc. I) actum notarilem, quo die 15 mensis novembris an. 1715 D. Philippus providit abbatiae seu beneficio S. Matthaei de Ferrillis, cuius gestorem deligendum sibi reservarat iure patronatus. Idcirco, praemisso hoc iure ante notarium, declaravit beneficium S. Matthaei vacasse ob eiusdem renuntiationem, factam a beneficiato D. Nicolao Dominico in manibus archiepiscopi neapolitani: quamobrem patronus D. Philippus, «ne beneficium praedictum in divinis patiatur» (14), ad illud administrandum vocavit ac nominavit clericum D. Caietanum de Liguoro, «hominem bonae vitae, conditionis et famae», eique tanquam procuratorem addixit

las prerrogativas de Príncipe del Solio... Nápoles, 20 marzo 1716. El marqués de Daun <al> marqués de Rialp». Item: *Ibid.*, Spanischer Rat, v. 29 (1707-1735), Int. Adressen.

(12) Ecce v.gr. casus anni 1714: «Carolus imperator... A noi è stato presentato memoriale dell'Ecc.mo Sig. il Procuratore del Duca di Gravina... come dovendo conseguir dall'università [*id est, municipii*] della terra di Solofra oltre di più centinaia di docati... per causa di attrasso dall'anno 1702». Arch. di Stato, Napoli, Collaterale partium, v. 1204 (an. 1714-1715) f. 7-11: die 7 iulii 1714.

(13) Iuxta illius aetatis mores revenerant in ditionem D. Philippi, utpote viri primarii seu capitis prosapiae Ursinae, plures cappellaniae, institutae a suis antecessoribus: unde impingimus in ipsum conciliantem die 7 novembris eiusdem anni 1715 duas cappellantias fundatas an. 1660 a D. Dorothea Orsini. Arch. di Stato, Prot. Not., Palomba Ignazio, an. 1715, f. 773. - Item; *Ibid.*, Idem: an. 1720, f. 113: in hoc instrumento cappellaniae sunt tres in oppido Solofra.

(14) Cfr infra: *Doc. I.* - Scrupulum «ne patiat in divinis» intellige de operibus et oneribus spiritualibus cappellaniae adnexis, quibus adimplendis obviam prodibant diversae formulae: qualem, ex. causa, nobis exhibet per recursum ad S. Sedem candidatus coaevus: «Santissimo Padre: Giovanni Batt^a Carignani, figlio del duca di Sarignano..., chierico nobile della città di Napoli..., in età di anni tredici ed alcuni mesi, provisto di un beneficio di juspatronato della sua Casa, oratore umilissimo con profondissimo ossequio supplica la Santità Vostra per la commutazione delle Ore canoniche in quelle della Beata Vergine a causa di potere attendere alli studij. Che della grazia...». Arch. Vat., Scret. Brev., v. 3162, f. 76. - Missarum oneri, inhaerenti officiis beneficiariis, satisfiebat per sacerdotem interpositum, cui cedebantur intentiones divini sacrificii.

Rev. D. Angelum Barone, familiae De Liguoro necessarium (15), qui patroni praesentationem curaret fieri ratam a cardinali archiepiscopo simulque proveheret immissionem candidati designati in practicam beneficii possessionem.

De peracta praesentatione certior factus, D. Caietanus die 24 novembris eiusdem anni 1715 interrogavit ex officio (« essendo stato nominato dal Sig. Duca di Gravina di un beneficio di S. Matteo de' Ferrillis, sito nella chiesa arcivescovile di questa città ») quot fructus sive redditus, quot etiam onera secum ferret titulus beneficiarius: interrogationi dedit responsum can. D. Dominicus Cianci, significans proventus annuos accedere ad 25 ducatus et 30 « grana », missas autem quotannis celebrandas ad 52. Eodem tempore D. Caietanus ab Emm^o card. Pignatelli expostulavit initiari sacrâ tonsurâ « per maggiormente servire Dio » et quia « a presentazione dell'Ecc.mo Sig. Duca di Gravina viene ad esso conferita la Badia di S. Matteo de' Ferrillis » (16).

Ex parte sua D. Iosephus de Liguoro, ratus se filii sui genuinam vocationem convehere ac probe sciens beneficium ducis Gravinae haud complere summam patrimonii canonico-civilem (17), properavit die 27 praefati mensis et anni adsignare coram notario reliquam pecuniae portionem, id est, duc. annuos 16.3.10, consequendos ex redditibus domus palatiatae sitae in via Toledo ac subiectos conditionibus in instrumento tabellionis appositis (Doc. II). Interea denique die 16 ianuarii an. 1716 card. Pignatelli subscripsit decretum, quo adiudicabatur D. Caietano beneficium simplex sive capellania S. Matthaei de Ferrillis « de iure patronatus Exc.mi D.ni D. Philippi Bernualdi Ursino Ducis Gravinae » (18).

(15) Nomen huius sacerdotis D. Angeli Barone miscetur persaepe in instrumentis notarilibus coetaneis familiae De Liguoro.

(16) Cfr Arch. di Curia, Napoli, Patrimoni Sacri, n. 1420 (Registro n. 6.390): D. Gaetano de Liguoro. Circa beneficii oeconomiam comperimus in archivio Curia hanc adnotationem coevam: « Beneficio nella cappella di S. Matteo de Ferrillis nella cattedrale, ius patronato del Duca di Gravina. Rendite: Dal monastero di S. Maria della Nova, da diversi cenzi sopra alcune case, che si devono d'alcuni mercanti di Casacannavale e dal Monte della Misericordia 25.40
Pesi: Messe, et ius sacristiae 6
Il detto Beneficio lo gode il cl^o [clerico] Gaetano di Liguoro ». Arch. di Curia, S. Visita, Rivele di Beneficij (1717-1720) f. 206. - Hac adnotatione explicatur praesumpta documentorum contradictio, quatenus in aliis redditus aestimantur 25 ducatus (absque oneribus), in aliis autem 25 ducatus (cum oneribus). Cfr item: *Ibid.*, Indice de' Beneficij (sine anno) f. 316.

(17) Ecce legis praescripta a Concordato (1741) sancita: « La prima tonsura non si dia se non a titolo di beneficio o cappellania perpetua, che abbia di rendita libera la metà del patrimonio secondo la tassa ». *Item*: « ... abbia effettivamente beneficio o cappellania perpetua o porzione ecclesiastica, della rendita almeno di quindici docati l'anno... (an. 1753). - *Item*: ...rendita... non minore di docati 24, né maggiore di docati 40... (An. 1755). Cfr *Dizionario delle leggi*, III, Napoli 1788, 146 ss.: *Ordinazione Sacra*.

(18) Valde probabiliter hoc beneficium ducebat originem a D. Beatrice Ferrella seu de Ferrillis, vidua ducis Gravinae, quae feudum Solofrae emerat ibique an. 1561 erexerat

Initiis vitae clericalis adeo fundatis respondisse crederes subsequens D. Caietani curriculum studiorum. Spe deciperis, quippe quod in eodem occurrit nobis hiatus quidam seu vacuum temporis intervallum, decurrens a prima an. 1715 tonsura usque ad subdiaconatum suscipiendum declivi anno 1728. Suspicio proinde supervenisse hoc tredecennio quandam studiorum moram vel interruptionem, fortasse natam ex deteriore alumni valetudine aut ex domesticis rationibus ortam, puta familiae turbamentum postquam S. Alfonsus primogenitus coepit promere foras dubia animi sui super arduo vocationis negotio.

Profecto S. Alfonsus, lauream in utroque iure meritis an. 1713, fori tirocinium cum quodam iurisconsulto egit, mox per se ipse clientibus obviam venit, quin etiam causarum patronum sese exhibuisse perhibetur: donec, tribunalium viâ incedens, porrexit lumen scientiae suae iuridicae D. Philippo Orsini. Is equidem post annum 1719 exultabat ob filiolum heredem sibi a Deo datum (19) simulque propter adauctam gentis Ursinae auctoritatem in regno et extra eiusdem confines (20). Meliora semper praesagiens temptavit annosam litem de feudo Amatrice devincere suumque adversarium, magnum Etruriae ducem, prosternere, adoptato hunc in finem S. Alfonso sui iuris defensore (21): ast mense augusto an. 1723 victoria quasi parta, erepta est de utriusque manibus, superius ac dulcius gaudium inde repetens S. Alfonsus, qui occisione

monasterium S. Clarae. - Cfr *Vite religiose nella famiglia Garzilli* (Sine autore), Napoli 1941, 46-47.

(19) Filius eius Dominicus, futurus S.R.E. cardinalis, natus est die 5 iunii citati anni 1719: minime autem an. 1703, prout tenet VIVIANI, *Tanucci*, II, Firenze 1942, 52: nota 4.

(20) Adferre sufficit unum alterumve exemplum. Die 20 iulii an. 1720 rescribit Nuntius card. secretario Status: « Ho procurato... per mezzo di alcuni personaggi miei amici, e specialmente del Sig. Duca di Gravina per persuadere Sua Em^a [*prorex card. Schrattenbach*] di rinvocare l'ordine del Collaterale per il ritorno di Mons. Arc^o di Matera alla sua chiesa ». Arch. Vat., Napoli an. 1720, v. 159, f. 24. - Die autem 5 octobris an. 1722: « Le ultime lettere di Vienna recarono le notizie dei molti titoli e gradi dispensati da Cesare anche, ad alcuni distinti soggetti di questa parte. Credo di dover rilevare quello di consigliere di Stato al Sig. Duca di Gravina di casa Orsini, principe del Soglio... ». Arch. di Stato, Venezia, fondo Napoli, v. 121 (an. 1723-1724) 5 ott. 1723. - Item: Ost. Staatsarchiv, Neapel, Korrespondenz, v. 73: Fürst Sulmona-card. Schrattenbach (1722). Sine fol.: « A 10 de Henero 1722... acerca de la pretensión que motivó el Duque de Gravina de ser distinguido, como Príncipe del Solio, tanto él como su muger, en las funciones públicas, os encargo y mando escuséis con el Duque de Gravina las distinciones que ha pretendido... ».

(21) Testis anonymus, a P. Tannoia exceptus, alludit ad fautorem huius amicitiae inter S. Alfonsosum et familiam Orsini: « D. Giacomo Salerno, che li veniva stretto parente per causa della moglie Liguori, li procurò varie cause di riguardo, e tra le altre quella degl'Orsini ». A G XXVII, 44-46. Errat tamen si vocabulis « parente... moglie Liguori » intelligit, sicut ipse P. Tannoia acceptavit, uxorem praedictam fuisse S. Alfonsi amitam. - Quoad litem feudalem, cui S. Alfonsi advocati nomen generatim nectitur, Cfr R. TELLERIA, *S. Alfonso Maria de Ligorio*, I, Madrid 1950, 89-91. - Item: O. GREGORIO, *Ricerche intorno alla causa feudale perduta nel 1723 da Alfonso de Liguori*. In: *Arch. St. Prov. Nap.*, nuova serie, v. 73 (1955) 181 ss.

morali transeunter occumbens, didicit mox gratiae vocantis mysteria ac eodem anno causidicinae seu tribunalium agonem deseruit. Sed de his alias.

Si mentem ad D. Caietanum vertimus, comprobamus quod ille, clauso temporis hiato atque studiis rite peractis, pulsavit subdiaconatus ianuam an. 1728. Pro eiusdem apertione, obtemperans statutis dioecesanis exhibuit litteras testimoniales, quarum aliam subscripsit die 4 decembris Rev. P. Vincentius Cuttica, asserens acolytum D. Caietanum ab octobri an. 1727 interfuisse «semel in mense» devotis clericorum exercitiis apud lazaristas neapolitanos usitatis. « Interesse coepit, sic ille, mense octobri 1727. Defuit octo mensibus: mense autem novembri adfuit duabus vicibus ». Alias pariter declarationes signarunt tam parochus Marianellae quam rector curatus S. Angeli «a Segno». Hinc ex parte sua D. Iosephus de Liguoro confirmavit donationem olim filio largitam titulo patrimonii ecclesiastici eamque transmisit ratam Curiae archiepiscopali. Tum vero D. Caietanus die 18 decembris eiusdem anni 1728 in ecclesia cathedrali neapolitana recepit sacrum subdiaconatum ab eodem Rev.mo D. Domenico Invitti, qui annis praecedentibus imposuerat manus suas S. Alfonso.

Anno sequenti 1729, die 17 decembri, in eadem metropolitana ecclesia atque a praedicto Rev.mo Invitti auctus fuit diaconatu D. Caietanus, cui iterum adstiterunt parochi Marianellae et S. Angeli «a Segno» confirmantes candidatum docuisse pueros christianam doctrinam ac functum fuisse munere subdiaconi in missa solemnium. Tum denique mense septembri an. 1730 D. Caietanus inter sacerdotes adscribi depoposcit atque obtinuit generali Quattuor Temporum ordinatione (22). Absque dubio D. Caietani incorporatio coetui ecclesiastico necnon eiusdem ininterrupta commoratio intra domesticos lares reddiderunt, ex tunc, minus necessariam assistentiam primogeniti S. Alfonsi, qui interea mense maio vel iunio an. 1729 familiares penates deseruerat ut inter convictores collegii Sinensium accenseretur.

2. - *Ultra beneficium Gravina Orsini, augetur D. Caietanus Cappellania Liguoro-Presicce necnon beneficio Thesauri S. Ianuarii usque ad senectam suam.*

Ducis Gravinae beneficium huiusque complementum ad patrimonium ecclesiasticum D. Caietani conflandum tutabantur no-

(22) Arch. di Curia, Patrimoni Sacri, 1. cit. - Pro singulis ordinum gradibus adferuntur sua cuique documenta.

velli sacerdotis cibaria atque alia pro coetu suo necessaria: de facto etenim, prout iam pridem exposui (23), tota fere substantia oeconomica familiae De Liguoro, etiam patris matrisve S. Alfonsi, transmissa erat in dominium radicale et praesertim administrativum D. Herculis, qui post suum an. 1732 matrimonium assumpsit et gentis suae «repraesentationem» socialem et rei nummariae clavim domesticam.

Idcirco D. Caietanus, quarto anno nondum elapso a sua prima missa, cognovit libellum dati et accepti sibi magis faventem, ex quo patrimonium suum fuit auctum duplici nova cappellania, connexa cum diagrammate seu «arbore» genealogica propaginis De Liguoro. Anno siquidem 1734 domi suae lubens perlegit codicillum sibi sanguine propinqui D. Francisci Liguoro-Presicce testamentarium, cuius gratia et voluntate constitutus ille fuit cappellanus foundationis gentilitiae in ecclesia Montis Oliveti, ubi missam quotidianam perpetuo celebrandam assumpsit. Huius cappellaniae originem, ambitum, redditus atque onera exposui septem abhinc annos (24): quamobrem nihil cunctandum superest, nisi quod manent quaestiones dilucidandae, praesertim circa antiquiores ramos gentis Ligoriae humatos in duplici hypogeo eidem reservato intra templum olivetanum (25).

Quibus minime contentus processit ultra D. Caietanus et transacto biennio, primis scilicet mensibus an. 1736, sese ostendit candidatum in cappellaniem Thesauri S. Ianuarii intra metropolitanam ecclesiam neapolitanam: candidatoria siquidem illius petito praepollebat annisa iure sedilis Portae Novae, cui devolutus fuit honor nominandi ac praesentandi novum cappellanum, ex quo prior beneficiatus D. Franciscus Caraffa evector fuit ad sedem Neritonsensem (Nardò) regendam (26). Iure itaque patronatus completae res Portae Novae delegerunt D. Caietanum ad vacantem Thesauri S. Ianuarii cappellaniem tenendam eumque per Sedilis procuratorem D. Dominicum d'Izzo detulerunt Vicario Generali neapolitano, cuius erat electionem confirmare atque reddere candidatum be-

(23) *Spic. hist.* 6 (1958) 253 ss.

(24) *Ibid.*, 299, 302. - Transactis 30 annis invenimus D. Herculem de Liguoro, qui mutuatus erat 1.000 ducatus a principe de Presicce, promittentem restitutionem annuam 37 ducatorum: «Detti doc. 37 debbono andare a beneficio di D. Gaetano de Liguoro, cappellano della celebrazione di messe lasciate dal qm... D. Francesco de Liguoro». - *Arch. di Stato, Napoli, Prot. Not., Grimaldi Pasquale*, an. 1766, f. 57v.

(25) Adnexum ecclesiae florebat «Reale Monasterium Montis Olivetarum», ubi an. 1703 recensentur 22 PP., duce Abbate D. Didaco M^a de Benevento, ac sociis Lectoribus et magistro novitiorum. - *Ibid.*, *Not. Avallone Domenico Antonio*, an. 1703, f. 119.

(26) *Spic. hist.* 8 (1960) 440.

neficii realem possessorem, sicuti de facto contigit in praesenti occasione (Doc. III).

Huius eventus notitiam mandavit D. Caietanus fratri suo S. Alfonso, hisce diebus insudanti ut Congregationis suae fundamenta iaceret in dissito feudo Iuranensi (Ciorani). Nihil mirum proinde quod S. Fundator, adstrictus penuria novae sedis, emendicaret a fratre suo cessionem cappellaniae Liguoro-Presicce in beneficium missionariorum: insinuationi sive supplicationi respondit D. Caietanus:

Viva Giesù Maria e Teresa.

Fratello carissimo: intorno alla rinuncia della Cappellania che V.S. da me desidera, qua se ne presa consulta e si è giudicato miglior partito che la ritenessi io unita con quella del Tesoro, che rinunciarla a voi, perche a me è perpetua et a voi ad nutum et amovibile, come V.S. ben sa dalla copia che ne ricevestimo, e tale è il parere anco de' parenti; perlocche ho risoluto tenermele tutte e due e darvi una limosina di cinquanta docati ogn'anno; però in quest'anno per le spese del brevetto, bulla e mantellette e regali procurerò di darvi trenta sei docati col debito de D. Ercole, e resto con raccomandarmi alle sue orationi e à abb°

Devotissimo Fratello D. Gaetano di Liguoro.

[Foris] Al Ill.mo e R.mo Sig.re D. Alfonzo di Liguoro.

Sciorano di Salerno (27).

Quoad rationes in epistola allegatas animadvertimus codicillum testamentarium supra citatum praecepisse quod, post D. Caietani cessionem, deligeretur cappellanus ad nutum heredis Liguoro-Presicce atque ab eo amovibilis. Expensae vero extraordinariae colligantur absque dubio cum apostolico Brevi a Clemente XII subscripto die 5 ianuarii huius anni 1736, quo cappellanis Thesauri S. Ianuarii concessum est adhibere « le mantellette nere nelle sole funzioni che riguardano il disimpegno del servizio dovuto alla Cappella del Tesoro di S. Gennaro »: quibus adde die 5 martii eiusdem anni « le insegne de Protonotarij Apostolici: rocchetto e mantelletta violacea » (28).

Externae huius modi vestes ac caerimoniae nihil detrahebant ab interna mentis cordisve negatione, dum D. Caietanus eiusque in Capitulo S. Ianurarii socii ferventer consulebant Thesauro reliquiarum honorando et custodiendo. De diuturnis ac saepe fastidiosis

(27) A G XXIX, 25. Originale. Manu propria ibidem subiunxit S. Alfonsus: « D. Gaetano: 50 docati. Non si può rinunciarsi la cappellania ».

(28) Arch. del Capitolo del Tesoro, Cenzo delle scritture del Capitolo (1808-1831), f. 6.

laboribus a D. Caietano ibidem fere usque ad mortem susceptis loquuntur parcissime Acta collegii, saltem quatenus eadem odorare mihi plures abhinc annos in archivo concessum est: quare iure praesumitur illum obiisse propria cuiusque cappellani munia, videlicet peragere in sacello sacrificium missae diebus et horis praestitutis, choro interesse, functiones seu ritus sacros exsequi ordinarios vel extraordinarios, et quidem eo devotionis splendore, quo cunctae S. Ianuarii solemnitates cingebantur in urbe neapolitana tanto Patrono tutelata.

Interim ordine ac disciplina composuerat D. Caietanus privatum vitae suae rhytmum, quem uniformem tenuit per quartam saltem saeculi partem usque ad episcopatum S. Alfonsi (an. 1762). Primo sacerdotii sui sexennio (1728-1734), quandiu pater eius D. Iosephus de Liguoro saepe aberat ducens regias triremes, manebat ipse domi ad subporticum López cum matre D. Anna Catharina, quam vir suus plures menses navigaturus constituebat ante notarium procuratricem universalem vel ad casum. Postquam autem D. Hercules de Liguoro se matrimonio parum fortunato copulavit an. 1732 cum D. Rachele de Liguoro, et praesertim postquam commune familiae domicilium stetit ad subporticum López comperimus an. 1737 D. Caietanum ibidem de feriis suis autumnalibus cogitantem et de suis quoque obligationibus pecuniariis pro S. Alfonso anxium (29).

Tribus mox lustris absolutis, cum D. Hercules an. 1753 excepit in emphyteusim, a pio sodalizio B.M.V. «della Misericordiella», domum alteram palatiam initio viae S. Mariae «ante saecula» sitam, in hanc pariter transmisisse praesumimus suum domicilium D. Caietanum, etsi nos lateat translationis annus. Absque fundato dubio supponitur D. Caietani praesentia in oppido Marianella dum ibidem D. Iosephus de Liguoro an. 1745 serena pace decessit e vita (30). E converso satis constat illum pientissimâ sacerdotii gratiâ adfuisse an. 1755 Neapoli matri suae morienti, quam S. Alfonsus missioni Beneventanae praefecturus sollicite visitaverat.

Improvisa S. Alfonsi evectio an. 1762 ad regendam dioecesim S. Agathae Gothorum sublimavit universam De Liguoro familiam, prae aliis fratrem novelli episcopi D. Herculem (31). Haud aliter

(29) Cfr apud *Spic. hist.* 13 (1965) 113 textum epistolae, in qua subiungebat S. Alfonsi mater: «D. Gaetano sta colla spesa della villeggiatura che vuole fare a Portici e dice che per dicembre vuole mandarti denaro. D. Ercole e D. Rachele vi salutano».

(30) Cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 267 ss.

(31) *Lettere di S. A.*, I, 470: «Voi vi siete rallegtrato, ed io non fo altro che piangere».

existimandum est de D. Caietano, in quem — utpote ecclesiasticum — refluebat unda opinionis propitia erga sanctagathensem Praesulem. Certo cèrtius inter utrumque fratrem exstitit commercium epistolarum aut nuntiorum plus minusve frequens, sed documenta silent: adeo ut ignoremus utrum D. Caietanus accesserit semel ad fratris sui palatium S. Agathae vel Argentii (Arienzo). Unum mirae cooperationis gestum inter tres fratres peractum mandarunt nobis testes et epistolae, nempe venditionem rhedae mularumque. Enimvero ann. 1763-1764, oneratus debitis et pauperum clamore percitus, S. Alfonsus fere sub hasta vendidisset rhedam et mulas nisi D. Caietanus, sciente et probante D. Hercule, sibi acquisivisset sancti Antistitis mercem expositam (32).

3. - *D. Philippi Orsini filius Dominicus, S.R.E. cardinalis Orsini, prosequitur suâ benevolentia S. Alfonsum eiusque Congregationem.*

Iisdem fere diebus mensis maii an. 1724, in quibus S. Alfonsus coronabat primum studiorum annum versus sacerdotii metam, excepit tiaram supremi pontificatus card. Orsini, archiepiscopus beneventanus, sub appellatione Benedicti XIII. Ob eiusmodi eventum exultavit regnum universum, ex quo ille erat oriundus, sed praesertim gaudio gestivit urbs Neapolis, ubi degebant neo-electi Papae proximiores consanguinei, videlicet soror eius dominicana aliaeque duae moniales ex fratre nepotes necnon duo ex fratre nepotes masculi: D. Philippus et P. Raymundus (Mondillo) philippensis.

Ex duobus ultimis distinguendus occurrit D. Philippus, quem memoravimus supra tanquam benefactorem D. Caietani an. 1715 et veluti clientem S. Alfonsi advocati an. 1723. Si D. Philippus iste antehac et apud omnes in aestimatione magna habebatur propter suum Gravinae ducatum, posthac quasi S. Pontificis nepos comparuit ubique submersus alluvie honorum: ita ut ante ipsius anni 1724 terminum proclamaretur Vindobonae princeps S. Romani Imperii (33), Venetiis eques S. Marci «di Stola d'oro» (34), civitatis

(32) *Ibid.* 510-511.

(33) *Summarium Diplomatis Principatus S.R.I. impartiti D. Duci Gravinae per S.M.C. Caroli Sexti Imperatoris sub dat. Neostadii 24 augusti 1724.* Biblioteca Corsiniana, Roma, Cod. 711: Raccolta di scritture diverse sotto Benedetto XIII, f. 334 ss. - Inter vocabula collaudantia sonant «celsissimi, et consanguinei charissimi sui». Praecitantum «Summarium» constat sex foliis. - Fretus hoc diplomate, card. Dominicus Orsini an. 1745 in memoriam revocavit imperatori iura suae familiae. - Arch. Vat., Borghese, Serie IV, 221-222, f. 100. - Cfr etiam: A. BORGIA, *Benedicti XIII Vita*, Romae 1741, 3 ss.

(34) Arch. Vat., Napoli, v. 167, f. 55. Gazzetta di Napoli, n. 27: 4 luglio 1724. «Il Se-

Genuae eques patritius (35), et sic de aliis: quos inter laudatores adferre iuvat D. Iosephum Pansa, futurum S. Alfonsi amicum amalphanum, qui eodem anno 1724 dicavit Benedicto XIII (« Vice Dio », ait ille) eiusque familiae opus Neapoli editum (36). Ceterum novus Pastor Ecclesiae properavit mense novembris ipsius anni committere gregem Melphiensem Rev.mo P. Mondillo (37).

Honorificos D. Philippi eiusque gentis Ursinae titulos revocamus in mentem quatenus illos ducimus necesarios ad rectius aestimandam tum huius stirpis coevam dignitatem (38), tum significationem suae amicitiae cum familia S. Alfonsi et cum illius Congregatione. Necessitudinis seu amicitiae signa, quae fiunt vere conspicua, spatio plurium annorum, ex parte cardinalis D. Domini Orsini, qui vix adolescentiam excesserat cum patris sui D. Philippi successionem an. 1734 accepit (39) quasi Gravinae dux quintus decimus. Lux ei natalis obvenerat die 5 iunii an. 1719: quare, ne Gravinensis ducatus orbaretur splendore, inivit ille ante vigesimum aetatis annum nobiles nuptias, gratulante eum calidissime Rev.mo Constantino Vigilante, episcopo Calatino (Caiazzo) itemque S. Alfonsi valde amico (40). Praesul iste, Solofrae natus ac proinde feudatarius ducis Gravinae, cum S. Alfonso arcte tenebatur ex quo zelantissimus missionarius Calatiam (Caiazzo) an. 1732 evangelizaverat ac postmodum an. 1734 intra eandem dioecesim

nato di Venezia ha creato cavaliere di S. Marco di Stola d'oro il Sig. Duca di Gravina Orsini, nipote del regnante Pontefice ».

(35) Cfr A. BORGIA, l. cit.

(36) G. PANSA, *Istoria d'Amalfi*, Napoli 1724. - Dicatur opus neo-electo S. Pontifici, cuius avita familia effertur ad aethera in eiusdem operis limine.

(37) Cfr Arch. Vat., Proc. Consist., an. 1722, v. 110, f. 461-466: Melphiensis Eccl^{la}. Erat iam archiepiscopus tit. Corinthii, quo sacratus fuit a patruo suo archiepiscopo beneventano.

(38) Adulatorio partim sermone loquebatur Iosephus Baronio, dum Benedicto XIII dicantur illius *Dissertationes theologicae* (Neapoli 1725): « Ex ea familia in eaque domo natus, qua nulla tota Europa illustrior, sive antiquitate, sive opibus, sive continenti magnorum herorum serie ».

(39) Cfr G. CECI, *Il Palazzo Gravina*. - In: *Napoli Nobilissima*, VI (1897) 25-31. - Anno praecedente 1733 Carolus sextus imperator rescripserat die 3 decembris: « Tui Ill^{tr}is Philippi Orsini, Ducis de Gravina, consanguinei nostri et intimi nostri consiliarii tuaeque clarae familiae merita... animi nostri locum occupassent... Te capitaneum turmae Equitum Cataphractorum seu gravis armaturae facimus... ». Arch. di Stato, Napoli, Consiglio di Vienna, v. 216, f. 130. - Ad calcem folii subiungitur sermone hispano: « V. M. haze merced aŕ Duque de Gravina de la Companía de Hombres de Armas del reyno de Nápoles, vacante por muerte del Duque de Limatula ». - V<uestra> M<ajestad> C<esárea> lo mandò ». - Dux itaque Gravina sequebatur an. 1733 partes dynastiae Habsburgicae: fortasse anno sequenti, ut adhaereret borbonicae, filio suo D. Domenico transmisit domus suae habenas.

(40) Cfr Arch. Capitolino, Roma, Fondo Orsini, v. 285: Corrispondenza del card. Orsini, duca di Gravina (1721-1730). D. Dominicus in eo fuit, ut anno praecedenti 1737 sponsalia pacisceretur cum D. Laura Serra, ducissa de Cassano. - *Ibid.*, v. 388, 389: cum gratulationibus quam plurimis (ff. 0323, 0329).

reposerat tentoria missionaria in Castello «degli schiavi» seu hodie Villa Liberi: unde post biennium transtulit an. 1736 manipulum militum Christi in «terram» seu casale salernitanum, dictum Iurani (Ciorani): hinc eodem anno 1736 ope missionis arduae lucrificavit Christo civitatem Solofrae, a Iuranis (Ciorani) haud nimis dissitam; sibi autem renovavit ducis Gravinae benevolentiam, quam tum ipse, tum Instituti sodales intensiorem reddiderunt post novam Paganorum (Pagani) foundationem an. 1742 erectam.

Quo intensius portenderet dux Gravinae animum suum erga nostros propensum iuvarunt annis sequentibus vicissitudines familiares et publicae. Primo equidem sui coniugii triennio cor eius laetificarunt duae filiolae: primogenita scilicet nata mense februario an. 1739 (41), secundogenita autem mense augusti an. 1741 (42). Attamen mense septembri an. 1742 mensuravit verticem gaudii simul et doloris, quandoquidem illius uxor D. Paula Odescalchi peperit quidem «duos filios masculos gemellos», sed sibi assumpsit in eodem Magnae Vicariae decreto letale adverbium «quondam», significans in hoc casu illam periisse post partum (43).

Tum vero Benedictus XIV, ab anno 1740 in cathedram S. Petri evector, voluit ad compensandam familiam Orsini complere «restitutionem cappelli» (44) ac consequenter die 9 septembris

(41) Arch. Capitolino, l. cit., v. 289, f. 0333: congratulationes super parvula (bambina) mense februario nata.

(42) Ipsemet D. Dominicus tam pro se quam pro filiola exquisivit apostolicam benedictionem, rescribens propria manu ad Summum Pontificem: «Beatissimo Padre: Umilio à Vostra Santità con tutta la più rispettosa venerazione l'ossequiosa notizia d'avere la Duchessa mia Sposa dato felicemente alla luce una bambina, supplicando l'alta Paterna Clemenza di Vostra Santità, che voglia benignissimamente gradire questa nuova testimonianza della mia filiale ubbidienza al Sagro Suo Soglio, e farmi meritare la grazia dell'Apostolica Benedizione alla nata fanciulla, ed à tutta la Casa tanto devota à Vostra Beatitudine, mentre mi prostro al bacio de' Santissimi Piedi

Di Vostra Santità

Umilissimo, Divotissimo ed Ossequiosissimo
Servitore, e Suddito

Napoli, 12 agosto 1741

Domenico Orsini Duca di Gravina

Arch. Vat., Lettere di particolari, v. 219, f. 29.

(43) Ecce curiosum decretum Magnae Curiae Vicariae: «Eodem supradicto die <17 sept. 1742> In causa ad Ill. D. Dominico Orsini duce Gravinae cum m.co curatore, ut ex Actis. Visis... petitione D. Dominici Orsini, ducis Gravinae..., attestatione facta per m.cos d.res physicos D. Casimirum de Alterijs et D. Franciscum Cesareo ac per obstericem Angelam Janni..., Magna Curia declarat qm. Ill.trem D. Paulam Odescalchi peperisse duos filios masculos gemellos, quibus in sacro fonte baptismatis fuerunt interposita nomina: uno (sic) Philippi Bernuoldi, et altero Petri Francisci... Magna Curia declarat primum primum (sic) natum seu ex utero matris ad lucem deventum fuisse D.num Philippum Bernuoldum iuxta praecitatas attestaciones...». - Arch. di Stato, Napoli, Decreti di Vicaria, an. 1742, v. 1401, f. 108.

(44) Enarrat Nuntius die 17 decembris an. 1743: «Questa mane nella sua cappella privata di Corte, Sua Maestà ha fatta la funzione della tradizione della berretta cardinalizia al Sig. Card. Orsini». Arch. Vat., Napoli, v. 213, f. 299v. Scribit item Moroni (*Dizionario*,

an. 1743 adscripsit inter S.R.E. cardinales viduum ducem Gravinæ D. Dominicum, 24 annos natum necnon «laicitatis» suae adeo conscius, ut non acquiesceret dignitati cardinalitiae ferendae nisi prius obtenta a Benedicto XIV promissione se nequaquam in sacris initiatum iri, saltem quandiu eius infantulus primogenitus continuationem prosapiae Ursinae in tuto non collocasset (45).

Hic rerum personarumque status occurrit nobis praenoscendus, cum agitur de iudicando cardinali D. Dominico Orsini, quem dicerem bifrontem, quatenus ex una parte hostilem Instituto ignatiano, ex alia autem alfonsiano coniunctissimum. Equidem dum ann. 1748-1749 agitur Romae de canonica approbatione Operae missionariae, interventus cardinalis Orsini factus est multiplex, generosus, efficax, immo practice resolutorius, sicuti in historia S. Fundatoris dilucide enarratur. Recordari tantum liceat implicatae negotiationis principium et finem: initio namque card. Praefectus S. Congregationis de Concilio dissuasit eligere card.lem Orsini «quasi minoris ponderis» in relatores causae, ipsum postponens card. li Besozzi: dissuasionem nemo mirabitur qui secum reputet card.lem Orsini nondum attingisse trigesimum aetatis suae annum neque, pro sua educatione «laicali», excelluisse unquam in enodandis quaestionibus canonicis atque asceticis, inhaerentibus approbationi Instituti ligoriani. Nihilominus, pro terminali consensu S. Congregationis de Concilio, tulit omne punctum atque victoriam plene reportavit actio tempestiva atque industria card. lis Orsini (46), quem impulit ad adeo tenaciter agendum benevolentia sua haud communis erga societatem missionariam eiusque S. Fundatorem. Nihil proinde mirum quod S. Alfonsus eiusque filii, quos

v. 49, art. *Orsini*, col. 17 ss.): «Benedetto XIV (per gratitudine a Benedetto XIII che lo fece cardinale) nella prima promozione a 9 sett. 1743... lo credè cardinale diacono essendo principe assistente al soglio». Diaconatus iste, quem cardinali Orsini tribuunt quoque folia seu *Notizie* coevae (v. g. an. 1749, p. 96), aut erat titulus ad honorem aut pugnare videtur — propter coelibatum — cum promissione de qua fit mentio in nota sequenti.

(45) Coaetaneus P. Merenda, etsi errat circa gemellationem, insinuat in suis *Memoriis* ineditis super hac quaestione: «Domenico Orsini... Aveva avuta moglie, figlia del duca di Bracciano, morta un'anno prima, et era padre di un figlio et una figlia gemelli (*Lege supra: nota 43*): onde ebbe il Breve di non essere obbligato a mettersi in sacris per ogni caso che restasse senza successione per poter prendere moglie di nuovo. Fù promosso per restituzione di cappello, et ebbe l'accortezza di supplantare il zio arcivescovo di Capua Mondillo Orsini, con tenerlo forte a non rinunciare la chiesa, come voleva il Papa, per la sua nota incapacità: onde poi vedendosi burlato, rinunciò l'arcivescovato e fu fatto patriarca di Costantinopoli». P. MERENDA, *Memorie del Pontificato di PP. Benedetto XIV*, f. 48. - Biblioteca Angelica, Roma, Cod. 1613. Rev. mus Mondillo e sede Melphiensi translatus fuit an. 1728 in archiepiscopalem urbem Capuae, ubi non multo post sustinuit cum canonicis suis graves conflictationes.

(46) Cfr A. TANNONIA, *Vita del Ven. Alfonso M. Liguori*, lib. II, c. 31, Napoli 1798, 209-211. - P. is Tannonia narratio nititur epistolis P. is Andreae Villani, Romae tractantis negotium, quarum textus originalis servatur in Archivo Generali. Cfr infra: *Doc. V*.

ipsemet Purpuratus fecerat edoctos de approbatione, praeconarentur privatim ac publice suum animum gratum erga tantum benefactorem atque advocatum (47).

Officia benevolentiae utrobique iucunda miscere perrexerunt, tum vel maxime quando cardinalis Orsini, nactus feriarum occasionem atque ex feudo Solofrae profectus vel ad illud itinerans, contulit sese Nuceriam Paganorum visitaturus et coram salutaturus S. Fundatorem. Huius colloquii fit, in processibus, testis P. Dominicus Corsano, subiungens facti consequentias, quales fuerunt — iuxta narrantis interpretationem — flammula quaedam vanitatis lambens circum missionarium huiusque repulsio lambenti cogitationi, adhibitis poenitiae flagellis in monasteriali summi tecti cavo (48).

In colloquium familiare rediit uterque post annos, et quidem Romae cinctus novis circumstantiis, cum nempe Almam Urbem an. 1762 petiit S. Alfonsus, recepturus in illa episcopalem consecrationem. Tunc ergo cardinalis Orsini hospitem suum non solum amicitiae ac venerationis cumulavit obsequiis (49), verum etiam officiis muneris sui politici, quippe qui apud Christi Vicarium gerebat partes ministri plenipotentiarum a rege Ferdinando delegati: has vero partes, quo arctius adhaereret marchionis Tanucci instructionibus, coeperat ille reddere infensiores Societati Iesu: quam infensare perrexit privatim ac publice (50), saltem donec ignatiani agminis suppressio fuit promulgata an. 1767 intra regni fines.

(47) Huius beneficii memor et gratus exhibetur, post aliquas hebdomadas, P. Caesar Sportelli, qui consodalium mentem exprimit dum die 11 februarii an. 1749 scribit ad monialem quamdam, commorantem in Solofrano S. Teresiae monasterio: « La bontà del Signore ci ha fatto approvare le nostre Regole dalla Sagra Congregazione, frutto delle vostre sante orazioni e della generosa efficacia di S. E. il Sig. cardinale Orsini, il quale, credo, a vostra contemplazione ha fatto a Roma da Padre ». *Epistolae Ven. Caes. Sportelli*, Roma 1937, 203. - Ab hebdomada praecedente Iuranos advenerat notitia approbationis per Rev.mum D. Constantinum Vigilante, episcopum Calatinum ac Vicarium Generalem Emm.i Spinelli, transmittentem S. Alfonso nuntium card.lis Orsini: « Hò il contento di anetter què la lettera d'avviso mandatami dall'Em^o Orsini, da cui V.S. Ill.ma rileverà la tanto sospirata approvazione delle sue Regole. Io come ne godo estremamente per la maggior gloria di Dio, così altrettanto me ne congratulo seco e con tutti i suoi Padri... Napoli primo Febraro 1749... C<ostantino> Vescovo di Caiazzo ». - AG I 24. Originale con firma autografa.

(48) Cfr *Nucerina Ven. Alphonsi M. de Ligorio. Summarium super virtutibus*, Romae 1806, 632: « Si offese un nervo del femore... La causa fu di quella straordinaria disciplina... la visita che gli fece l'Em^o fu card. Orsini in questa casa dicendogli che era venuto a posta per vederlo: forse il Servo di Dio fu tentato di vanagloria, onde per vincerla... si diede subito quell'orrenda battitura ».

(49) Cfr A. TANNONIA, *Vita*, l. cit., lib. III, c. 4, Napoli 1800, 16.

(50) Rev.mus Calcagnini, Nuntius Neapolitanus, postquam die 21 aprilis an. 1767 sermone arcano [*cifra*] significavit card. Secretario Status marchionem Tanucci antehac usum fuisse confessorio iesuita, subiunxit die 2 maii eiusdem anni: « La marchesa Tanucci e la figlia hanno già preso un'altro confessore, ed è un prete secolare suggeritole da questo Sig. card. arcivescovo [*Sersale*] a richiesta delle medesime. Si dice di più che non avranno

Absque dubio cardinalis Orsini, nedum pro tali deliberatione exquireret S. Alfonsi opinionem, eandem praesciebat contrariam pravae atque iniustae iesuitarum persecutioni. Ex opposito fieri potuit quod, iisdem fere diebus, Emm.us Purpuratus — ultra regem et marchionem Tanucci — consuleret etiam episcopum Sanctagathensem circa suam vocationem ad sacerdotium. Enimvero, ex quo domus suae patritiae futuras sortes praesciebat roborandas per filium primogenitum, poterat Ecclesiae princeps fastigium sacerdotii conscendere. Nunc autem primogenitus eius D. Philippus, iuventa adhuc fervente, peragraverat ann. 1761-1762 Italiam septentrionalem, Galliam, Alsatiam, Germaniam..., referens patri suo itineris cuiusque observationes, incidentia atque experientias (51), simulque inde ostendens quam dignus futurus, qui manibus suis mandaretur gubernatio ducatus Gravinae, tempore quidem opportuno et absque patris sui cardinalis detrimento.

Hinc post quinquennium factum est quod, auditis (ut supra) rege ac marchione Tanucci (52), cardinalis Orsini iam iam quinquagenarius fuerit auctus an. 1768 sacerdotali dignitate, cuius gravia onera amplecti, portare ac diligere non neglexit, saltem postquam an. 1775 abdicavit munia politica et secum deliberavit posthac vivere soli Deo, prouti conscientiam suam stringebat ligatura triplex cardinalis, sacerdotis et christiani (53). Nihilominus per se

in appresso i gesuiti entratura nel di lei appartamento... Il Sig. card. Orsini pubblicamente dice di non metter piede in avanti nelle case dei gesuiti, ne riceverli nella sua... ». Arch. Vat., Napoli, v. 289, f. 185, 202.

(51) Arch. Capitolino, fondo Orsini, v. 485: 45 « Posizione di tutte le lettere del Sig. Duca Gravina Orsini al Sig. card. Orsini suo padre, dal 28 marzo 1761 al 6 feb^o 1762 ». - Hunc cardinalis filium atque in feudo successorem comperimus post decennium servitio regis addictum: « Il capitano del Real Battaglione de' Cadetti D. Filippo Orsini, duca di Gravina ». - Arch. di Stato, Venezia, fondo Napoli, v. 151 (an. 1770-1771): 22 agosto 1771. - Eodem tempore invenimus illum a quibusdam annis uxoratum, referente P. Francesco M^a Franzano O. Pr. ad cardinalem Orsini: « Carmine Caserta 16 feb^o 1771. Eminenza: il Sig. Duca suo figlio, la Sig^a Duchessa e tutta la piccola famiglia si trovano in ottima salute ». Arch. Capitolino, l. cit.: v. 291, f. 0215. - Item, post triennium, die 17 iunii an. 1774 adolescens D. Hyacinthus Orsini, filius D. Filippi, dispensatur aetate ut inter primores milites [cadetti] recipiatur (f. 0257): nisi quod, immediate post cardinalis obitum, solvitur die 9 aprilis an. 1789 a regio ministro De Marco servitii onere, id est: « il resto del servizio triennale per poter essere promosso agli ordini » (f. 0352).

(52) Marchio Tanucci tam nomine regis quam proprio rescripserat cardinali: « 1^o dicembre 1767. Il Re lascia V.E. non solamente si metta in sacris, come ha risoluto di fare assicurata che è stata col aecondo maschio la conservazione della riguardevole Famiglia, ma ancora che ne scriva al Re cattolico [Hispaniae] ». - Item: « 16 gennaio 1768. Io mi guardo dall'interloquire in proprio sugli Ordini Sacri, che V.E. ha risoluti ». - Arch. di Stato, Napoli, Borbone, Copia-lettere di B. Tanucci, v. 13, f. 232v - v. 14, f. 17v.

(53) Dio 16 novembris an. 1775, nuntians marchioni Tanucci se dimisisse munia legati sive ministri borbonici in Alma Urbe, subditit cardinalis: « Io penserò ora a vivere quieto, alla mia salute, e quello che più importa a servire Dio, come ò servito il Re, e vivere da Cardinale, da Sacerdote e da Cristiano ». E. VIVIANI DELLA ROBBIA, *Bernardo Tanucci*, I, Firenze 1942, 318.

ipse noluit assumere denuo beneficium S. Matthaei de Ferrillis : sed eiusdem gestionem, senescente D. Caietano de Liguoro, transmissam voluit — patronatus iure — nepoti illius D. Alfonsino.

4. - *Card. Orsini, praevia renuntiatione D. Caietani, beneficium S. Matthaei de Ferrillis porrigit an. 1778 illius nepoti D. Alfonsino.*

Ad pleniorē rei intelligentiam praemittimus pauca necessaria. Die 31 octobris an. 1762 obierat Marianellae D. Rachel de Liguoro, quin viro sub D. Herculi portaret ipsa heredem familiae ardentē concupitum (54). Postquam an. 1763 iniit D. Hercules cum D. Marianna Capano novas nuptias, easdem annis sequentibus laeticatas novit quattuor filiis, quorum nomina iuvat nunc recolare quatenus cum D. Caietano ligantur, praesertim eorum minor natu D. Alfonsinus, cui patruus sus prodegit curas educationis et redditus beneficii ecclesiastici.

Praeunte ergo Baptizatorum libro paroeciali Marianellae reposito discernimus quattuor huius familiae germina, scilicet Mariam Teresiam (20 iulii an. 1765), Carolum Mariam et Iosephum Mariam gemellos (16 april. an. 1766), Alfonsum Mariam seu Alfonsinum (5 augusti an. 1767). Ex his nectuntur speciali vinculo cum D. Caietano primogenita Maria Teresia et Carolus Maria, quibus ille per baptismum ministravit regenerationis lavacrum : hoc ipsum praestitit Iosepho Mariae parochus Marianellae, Alfonsino autem episcopus Sanctagathensis S. Alfonsus.

A teneris annis Alfonsinus iste in deliciis fuisse videtur patri sui D. Caietani, teste S. Alfonso qui die 4 decembris an. 1770 rescribit ad infantuli patrem D. Herculem : « Mi sono consolato che D. Caetano se la fa con Alfonsino e che celebra la santa messa » (55). Probabiliter agebatur de temporanea interruptione, propter infirmitatem, in servitio cappellaniae. Fortasse etiam ex insinuata familiaritate inter sacerdotem et nepotem, huius germinalis vocatio ad altare sumpsit exordium seu melius fictionem.

Etenim vixdum Alfonsinus aetatis suae annum undecimum

(54) Ardor — aliunde legitimus — huius desiderii erat adeo notus S. Alfonso, ut hic non vereretur fratri suo insinuare timorem his verbis memoratum a P. Corsano : « La prima moglie D. Rachele non avea fatto figli, ed era vecchia : onde si lamentava, con D. Alfonso, Ercole... Fra poco essa se ne morì. D. Ercole manifestò poco dolore, anzi aver avuto più tosto a caro la morte. Alfonso le dice : « Fratello : per amor di Dio : che avesti forse peccato in far morire tua moglie » : ma questi li rispose di No : e così il servo di Dio si diede pace ». A G XXVII, 7.

(55) *Lettere di S.A.*, II, 158.

compleverat, cum inter familiares suos coeptum est agi de illius cooptatione militiae ecclesiasticae. Indubitanter huiusmodi propositum arrisit patruo suo D. Caietano, qui sine mora actus desiderio perfovendi vocationem nepotis deliberavit sub finem an. 1778 abdicare — in illius utilitatem — beneficium S. Matthaei de Ferrillis sibi adiudicatum an. 1715 a duce Gravina Orsini: eundem ergo duces, id est, tunc temporis cardinalem Orsini velut beneficii patronum, interpellare opus erat ut senioris cappellani abdicacionem, iunioris autem nominationem et possessionem probaret ac ratam diceret.

Actus notarilis, rogatus die 15 decembris an. 1778, a tabellione D. Philippo Cangiano in casali Marianellae intra domum seu palatium rurale D. Herculis de Liguoro, continet suetas similes partes: aliam assertivam, aliam vero resolutivam. In prima namque parte adseruit D. Caietanus quali praesentationis iure an. 1715 dux Graviniae illi contulerit beneficium simplex S. Matthaei de Ferrillis et quo modo ex tunc ipsi licuerit pacifice frui commodis et proventibus inde reportatis: statim subiungens se, annis morbisque iam iam declinantem, deliberasse restituere cappellaniam vero eiusdem patrono, scilicet Emm^o card. D. Dominico Orsini. Hanc sane deliberationem, et quidem sua libera sponte (ut palam dicit), opere complevit in secunda instrumenti notarilis parte D. Caietanus, remittens de facto cuncta iura sua inter manus Emm. i Purpurati eique promittens solemnem renuntiationis stipulationem (Doc. VI).

Dimissionarius cappellanus D. Caietanus anteviderat successorem suum, nempe nepotem D. Alfonsinum, qui primis anni 1779 mensibus ad beneficium praesentatus a cardinali patrono atque acceptus a Curia metropolitana processit die 29 iunii eiusdem anni «ad veram, realem et corporalem possessionem» cappellaniae, aetate duodecim annorum nondum superata. Adolescens igitur interfuit «per signa denotantia possessivos actus», scilicet «orando ante illius [sacelli] altare illudque deosculando aliaque de iure et consuetudine faciendo, quae actum possessionis denotant et inducunt...» (Doc. VII).

Profecto novi cappellani familia vestem lugubrem induit anno sequenti 1780, cum Marianellae die 8 septembris pie obiit illius pater D. Hercules de Liguoro, mater vero D. Marianna subiacebat moerens phantasmatis suis mentis. Defuncti testamentum, clausum die 2 mensis augusti an. 1778, apertum vero die 9 septembris an. 1780 declarabat trium filiorum minorennium tutorem D. Petrum Antonium Gavotti, universalem autem bonorum here-

dem D. Iosephum de Liguoro seu «Pepporiello», particularem denique heredem D. Alfonsum seu «Alfonsino»; huic adsignatus fuit ususfructus magnifici praedii rustici [*di moggia ottanta sei*], siti in casali Soccavo, praeter quam quod a mense octobri citati anni 1778 eidem D. Alfonsino pater eius cesserat, intuitu patrimonii sacri, summam «capitalem» seu sortem necessariam.

Attamen D. Alfonsinus, prius quam minorennitatem superaret, voluit discedere e militiae clericalis castris, in quibus forse nolenter tenebatur: idcirco vixdum an. 1783 sextum decimum aetatis annum attigit, ipse cum tutore D. Petro A. Gavotti sistitit, die 14 augusti coram notario et palam ostendit suam voluntatam formulis consuetis: prima, scilicet retexendo historiam patrimonii sacri, sibi a patre suo donati et regiis vectigalium nominibus sive titulis consistentis, cui renuntiare statuerat in futurum, deposita talari tunica: secunda, restituendo genti suae De Liguoro sortem ipsam capitalem, antehac pro patrimonio sacro sibi reservatam et — qua talem — non nisi clerico sustentando disponibilem (Doc. VIII). Hanc renuntiationem valde probabiliter comitari, praecedere vel subsequi debuit alia eiusdem naturae, respiciens beneficium S. Matthaei de Ferrillis, de qua tamen nullum comperi instrumentum.

Quales animi sensus haec Alfonsini recessio suscitaverit in utroque suo patruo, S. Alfonso et D. Caietano, devinari potius quam describere valemus. Quoad sanctum Antistitem, invenimus illum mensibus aestivis eiusdem anni laetabundum, postquam dignovit nepotem D. Mariam Theresiam votis solemnibus se Christo die 30 iunii consecrasset: «Mi è recata una consolazione immensa la notizia della vostra professione» (56). Et quattuor post mensibus: «Sto per l'eternità..., pronto a lasciare il mondo subito che vuole Dio» (57). Maluit autem Deus prius ad se vocare D. Caietanum, cuius discruciatum ob D. Alfonsini desertionem vocationalem fuit probabiliter in causa cur anno sequenti conditurus ipse testamentum omiserit quamlibet huius nepotis mentionem.

Redeunte porro autumno an. 1784, D. Caietanus plus quam octogenarius et Neapoli decumbens lecto apud nepotem suum D. Iosephum seu «Pepporiello» dictavit die 10 septembris an. 1784 ultimum suum testamentum, quo heredem suum universalem declavit praefatum nepotem, utpote familiae De Liguoro caput et ducem necnon matrimonii ligamine recentissime adstrictum (Doc. IX).

(56) Ibid., 642.

(57) Ibid., 651.

Suprema quidem D. Caietani voluntas testamentaria reflat spiritum genuinae paupertatis, cuius evangelicam faciem colebat pius sacerdos, in hoc instrumento memor famulorum suorum Caroli et Caietani ac servulae Hieronymae.

Transactis paucis a testamento condito hebdomadibus, die 4 octobris terrenam vitam cum aeterna mutavit D. Caietanus, Ecclesiae sacramentis devote reffectus. Sepulcrum ac suffragia ipse in testamento demandaverat Sodalitio «de' Settantadue sacerdoti» sub invocatione S. Michæelis Anchangeli, cuius ille fuit socius eximius inter illius aetatis dignos consodales (58).

Denique tandem tum S. Alfonsus tum card. Dominicus Orsini occubuerunt morti: S. Alfonsus quidem longius aetate 91 annorum proventus, die 1 augusti an. 1787: cardinalis autem Orsini nondum 70 annos plane emensus, die 18 ianuarii an. 1789 (59). Supererat ex-beneficiatus S. Matthaei de Ferrillis, nempe, D. Alfonsinus de Liguoro, cuius tamen res gestae privatae ac publicae indigent ampliore commentatione necnon praevia archivorum exploratione.

DOCUMENTA

I

D. Philippus Orsini, dux Gravinae, largitur D. Caietano de Liguoro Beneficium ecclesiasticum an. 1715.

Arch. di Stato, Napoli. Prot. Notarili, Palomba Ignazio, an. 1715, f. 784.

[*Ad instrumenti oram:*] Praesentatio Beneficij pro cl.co D. Caietano de Liguoro.

Eodem die decimo quinto mensis novembris millesimo septingentesimo decimo quinto Neapoli. Constitutus in nostri praesentia Exc.mus D.nus D. Philippus Bernualdus Ursino, Dux Gravinae, sponte asseruit coram nobis ipsi D.no Ducis spectavisse et spectare jus praesentandi Beneficiatum in Be-

(58) Ecclesia haec S. Michaëlis exstat hodieque ad angulum plateae Dante (*piazza Dante*) cum via olim Toledo, nunc Roma. Iuxta ecclesiam manet sedes Sodalitatis, cui nomen «Ven. Congregazione de '72 Fratelli Sacerdoti sotto il titolo del glorioso S. Michele, eretta a Porta Reale». In locuplete archivi collectione chartacea, quam plures abhinc annos consului, venerunt mihi obvia plura sodalium cognomina S. Alfonso familiaria, v. gr. Sparano, De Alteriis (Ciro), Cioffi, Torni, Coppola aliaque eximia: attamen nullum D. Caietani de Liguoro vestigium. - Super Sodalitio atque ecclesia illius aetatis Cfr C. CELANO, *Notizie, Giornata II*, Napoli 1758, 21.

(59) Apud basilicam Lateranensem in sacello genti Orsinae reservato legimus austerum epitaphium: «Sita heic sunt ossa / Dominici cardinalis Ursini / Ducis Gravinae XV / Obiit die XVIII Ianuarii anno MDCCLXXXIX».

neficio S.ti Matthaei de Ferrillis intus cathedralem Ecclesiam hujus civitatis de jure patronatus ipsius Exc.mi D.ni Ducis. At quoniam praesenti die Adm. R.dus D.nus Nicolaus Barbara, Beneficiatus Beneficij praedicti in illo praesentatus per ipsum D.num Ducem, renunciavit et resignavit in manibus Exc.mi D.ni Cardinalis Archiepiscopi Neapolitani, ad praesentationem ipsius Exc.mi D.ni Ducis.

Proinde ipse Exc.mus Dux, ne beneficium praedictum in divinis patiat-ur, sponte coram nobis, stante renuntiatione praedicta, praesentavit et nominavit in Beneficiatum Beneficij praedicti cum D. Caietanum de Liguoro, filium D.ni D. Joseph de Liguoro, hominem bonae vitae, conditionis et famae, constituendo ejus procuratorem Adm. R.dum D.num D. Angelum Barone, qui valeat praesentem nominationem et praesentationem praesentare coram Em° Dn° D.no Archiepiscopo, loci Ordinario ejusque Ill.mo Gen.li Vicario, et instare in ejus beneficium Bullas necessarias expediri facere Beneficij praesentati, in possessionem ejusdem ejusque bonorum, introituum et effectuum, tanquam dicti Beneficij Beneficiati praesentati per dictum Exc.mum D.num Ducem, ut supra.

De qua quidem praesentatione et nominatione praedictus Exc.mus D.nus Dux requisivit Nos quod publicum conficere deberemus instrumentum. Nos autem... Unde...

Praesentibus Judice et testibus in praecedenti instrumento descriptis. [Id est: praesentibus Judice Petro de Franco regio ad contractus, U.J.D. Marco Padula, U.J.D. Nicolao Cantore, Felice de Ambrosio et R.do D. Philippo Prisco].

Ibid. f. 783v: Eodem die 15 nov. an. 1715 renuntiationem suam exhibet D. Nicolaus Dominicus Barbara, sacerdos saecularis civitatis Gravinae, « ob nonnullis ejus incumbentiis ».

II

D. Iosephus de Liguoro complet summam capitalem pro D. Caietani ecclesiastico patrimonio an. 1715.

Arch. di Stato, Napoli. Prot. Not., Zattita Nicola, an. 1715, f. 275.

[*Ad instrumenti oram:*] Donatio ad titulum patrimonij pro D. Caetano de Liguoro.

Die vigesima septima mensis gbris millesimo septingentesimo decimo quinto Neapoli... Costituito nella nostra presenza il Sig. D. Giuseppe de Liguoro patritio napolitano... spontaneamente asserisce in presenza nostra e del Sig. D. Gaetano de Liguoro suo figlio presente, Beneficiato del Beneficio sotto il titolo di S. Matteo de Ferrillis dentro la cattedrale chiesa arcivescovile di questa città... esso Sig. D. Giuseppe suo padre come vero signore e padrone avere, tenere et possedere una Casa Palatiata in più membri consistente, sita in questa città di Napoli e propriamente alla strada di Toledo quale confina con li beni del Sig. D. Domenico de Liguoro suo padre, via

publica ed altri confini..., della quale se ne percipe [sic] d'affitto ann. docati novantuno (60).

Et fatta l'assertiva il d° Sig. D. Giuseppe per amore ed affetto che dice portare verso d° Sig. D. Gaetano suo figlio, et accioche il med° possa essere initiato alla prima clericale tonsura et poi con l'aggiuto di Dio ascendere al grado sacerdotale et mantenersi in quello con quel decoro, che tale dignità sacerdotale ricerca, stante d° Beneficio, dedottini le pesi, non frutta più che doc. 29.1.10 ha deliberato donare per titolo di donatione irrevocabile tra vivi, cedere et rinunciare al d° Sig. D. Gaetano suo figlio presente et accettante ad titulum sui patrimonij et ad supplementum illius annui docati 16.3.10: con l'infrascritte condizioni, et non altrimenti... [*Pergunt formulae et conditiones*].

Che detti ann. doc. 16.3.10. detto Sig. D. Gaetano suo figlio initiato sarà alla prima clericale tonsura, ne sia usufruttuario sua vita durante, e dopo sua morte di nuovo vadino a beneficio del d° Sig. D. Giuseppe suo padre, suoi eredi e successori... [*Aliae formulae*]

Praesentibus..

III

*Vicarius Generalis archiepiscopi neapolitani ratam habet cappellaniam The-
sauri S. Ianuarii in beneficium D. Caietani an. 1736.*

Arch. di Curia, Napoli. Regestum Beneficiorum (1732-1745) f. 90.

CARMINUS CIOFFI

Dilecto nobis in X.pto Ad.m Ill.mo D.no D. Caietano de Liguoro, Patritio Neapolitano, salutem in D.no qui est omnium vera salus.

Vitae ac morum honestas aliaque laudabilia tuae probitatis et virtutum merita, supra quibus apud nos fide digno commendavit testimonio, Nos inducunt ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Vacante igitur ex cappellanijs Cappellae Thesauri Gloriosi S.cti Januarij martyris intus Metropolitanam Ecclesiam Neapolitanam erectis per renuntiationem factam ab Ill.mo et R.mo D.no D. Francisco Caraffa ad episcopatum..., ad quod beneficium sive cappellaniam infra legitima tempora praesentatus fuisti a m.co U<triusque> J<uris> D<octore> ac Regio Notario Dom.co d'Izzo secretario et procuratore constituto ab Exc.ma Platea Sedilis Portae Novae, patronae et jus patronatus habentis in pacifica possessione ... nominandi et eligendi Beneficiatum seu Cappellanum dicti simplicis ecclesiastici Beneficij seu Cappellaniae toties quoties casus vacationis occurrerit, et mediante definitiva sententia per Nos lata sub hac infrascripta die fuit provisum Te praefatum Ill.mum D.num Caietanum de Liguoro tanquam habilem et idoneum ... ac infra legitima tempora praesentatum fore et esse institutum ac confirmatum in Beneficiatum seu Cappellanum dicti simplicis et ecclesiastici

(60) Cfr *Spic. hist.* 13 (1965) 102-104.

Beneficij seu Cappellaniae cum omnibus ac singulis juribus, fructibus, emolumentis, praerogativis, honoribus et oneribus solitis et consuetis.

Propterea praemissis supra meritis tuoque intuitu specialem gratiam facere volentes Te de dicto simplici Beneficio seu Cappellania, sic ut praedictum vacante, instituimus et confirmamus investientes.

C<arminus> Cioffi, Ep.us Antinop. Vic. G.lis
D. Joannes Andretta, Actorum Magister.

IV

Sanctimoniales familiae Orsini, mox consororess D. Hieronymae de Liguoro, nepotis S. Alfonsi ex sorore D. Teresia, ducissa de Presenzano.

Quoniam in eodem dominicano monasterio « della Sapienza » mox convixerunt moniales (saltem D. Philippa) Orsini et D. Hieronyma de Liguoro, S. Alfonsi nepos ex sorore Teresia, adducam quasdam notitias diplomaticas, Neapoli vulgatas post electionem Benedicti XIII ac quibus indirecte reponitur familia S. Alfonsi in coetu patritio ob maiores suos sibi debito.

1. - Napoli 30 maggio 1724. Nell'atto di dar a sigillo le presenti capita un'espresso di Roma colla notizia dell'esaltazione al Pontificato del card. Orsini, zio paterno di questo Sig. Duca di Gravina. Egli assiste al suo feudo, dove ha continuato a correre lo staffetta. Il suo unico tenero figlio [*Dominicus*] che si trova in città, di già ha fatto arrivar' ancora a me la partecipazione. Di questa Famiglia non v'è che un'altro soggetto sacerdote di S. Filippo, fratello del Duca, che rinunterà ai desiderii longamente nutriti d'un Vescovado, quando l'avvenimento l'assicurerà d'una veste di miglior tinta [*id est, cardinalatus*]. Post hebdomadam: « 6 giugno 1724... Il Vicerè [*card. d'Althann*] con la maggior pompa del suo Treno... a S. Domenico Maggiore, dove si cantò il Te Deum... In seguito si portò a visitar in pubblica forma la sorella di Sua Santità con una nipote, religiose dominicane della Riforma nel monastero detto della Sapienza, indi l'altra nipote, ambe sorelle del Sig. Duca di Gravina Orsini, Abb^a in S. Patritia, trattandole col titolo di Ecc^a e Principesse, mandando poi a complimentare il P. Mondillo filippino, religioso semplicissimo di costumi, che passato già a Roma a baciare il piede di Sua Santità... Verso il Duca di Gravina, di lui fratello, Sua Em^a oltre averle spedito un gentiluomo... ».

Arch. di Stato, Venezia. Fondo Napoli, v. 121 (an. 1723-1724), Residente Giacomo Busenello.

2. - Napoli 2 giugno 1724. Martedì sera li 30 scad^o con espressi capitò la notizia dell'elezione del Sommo Pontefice in persona del Sig. Card. Orsini, che era arcivescovo di Benevento: il giorno seguente andò il Sig. Vicerè in forma pubblica a passare gli ufficij di congratulatione con la sorella della Santità Sua ch'è monaca in questo monastero della Sapienza, e nell'istes-

sa sera cominciarono le illuminazioni e fuochi di gioia, fatti da diversi suoi parenti, e precisamente dal Sig. Duca di Gravina suo nipote.

Arch. di Stato, Genova. Fondo Napoli, v. 2329 (an. 1716-1732): Lettere del Sig. D. Paolo Geronimo Molinello.

3. - Rev.mus Nuntius neapolitanus Romam misit folia publica seu « Gazzetta », quibus diffuse narrantur festa quasi « nationalia » urbis metropolitanae - Cfr Arch. Vat., Napoli, v. 167, f. 13: Gazzetta del 6 giugno 1724; f. 20, Gazzetta del 13 giugno, in qua citantur nominatim « Suor M^a Scolastica e Suor M^a Filippa Orsini, sorella e nipote del S. Pontefice nel monistero della Sapienza »; f. 33, Gazzetta del 20 giugno, ubi prae aliis describuntur solemnna peracta afflantibus PP. dominicanis S. Catharinae a Formello, cuius monasterii erat olim « filius » Benedictus XIII.

V

Card. Dominicus Orsini eiusque cooperatio pro approbatione canonica Congregationis SS. Redemptoris iuxta epistolas P.is A. Villani (1748-1749).

AG XXXVII A 9. - Cfr etiam: DE MEULEMEESTER, *Les Origines*, II, 274.

- a) ...Circa le lettere dell'avvocato d'Ursino stimo esser superflue, perché scriverà con impegno anche Monsig.r Vigilante, dal quale forse oggi mi porterò... Napoli 2 9bre 1748.
- b) ...Ursino ci potrà servire molto perché è del Concilio... Roma 15 9bre 1748.
- c) ...Lunedì anderò da Ursino... Roma 22 9bre 1748. [*Post-scriptum*]. Dopo aver scritto, ò ricevuto la vostra con un'altra del P. Margotta con acclusa del card. Ursino... Ad Ursino non ancora ci sono andato, e dovrò stentarvi molto per aver udienza, perché la farà stentare, e poi per quello si dice, poco farà. Basta: ci anderò quando serve, e ora bisogna incaminare.
- d) ...Domenica mattina fui da Orsini, perché da poco ritirato e non potei avere udienza; ma li mandai dentro le lettere e mi fe sentire che fusse tornato giovedì. Dio sa quanto sta lontano, e comincia l'udienza verso mezzo giorno [*Sine die. - Ad folii dorsum, subdit P. Kuntz: 30-XI-48*].
- e) ...Mercoledì fui dal Sig.r card. Orsini: li portai la commissione con le Regole, et egli l'istesso giorno di persona si portò dal card. Besozzi con raccomandarli caldamente l'affare et il disbrigo. Et in fatti oggi sono andato dal card. Besozzi e m'ha detto: abbenché io sia nimico di nuovi Istituti, pure per la Relazione e quel poco che ò letto delle Regole mi piace al sommo il vostro... Il Signore ci ha fatto incontrare un card. santo e dotto, che vede lui le cose...: m'ha detto ch'egli per paga vuole che dalla Congregazione si raccomandandi con specialità al Signore; fatelo fare anche per Orsini, che farà di cuore... A lui [*cardinali*] anche ci ha parlato Orsini, e ce lo farà tornare a parlare... Roma 6 Xbre 1748.

- f) Roma 17 Xbre 1748... Ad Orsini non ci sono tornato, perché mi disse che, quando bisognava, mi avrebbe mandato chiamando. Non bisogna infastidirlo, perché farà da sé: ma io, a suo tempo, ci parlerò... Penseremo a' Privilegii.. Orsini qui à da fare molto. Padre mio: v'assicuro che farà di cuore e da vero, et è cardinale... Altre due volte di persona per questo affare è stato dal card. Besozzi.
- g) Roma 24 Xbre 1748. Padre mio: l'inviai una del card. Orsini coll'acclusa mia... Padre mio: torno a ridirvi. Orsini farà da vero e da Padre, e farà cose che con difficoltà le potremmo pretendere da chichesia: il Signore ce la paghi.
- h) Roma 7 del 1749... M'è dispiaciuto sentire che la lettera d'Orsini... non l'avete ricevuta... Domani, piacendo al Signore, le [*Regulas emendatas*] porterò ad Orsini, il quale poi le porterà a Besozzi.
- i) Roma 21 del 1749... Stamattina sono andato dal card. Gentile Prefetto a pregarlo, affinché la [*causam approbationis*] riferischi sabbato... Orsini anche ieri ne parlò al Prefetto, et io lo pregai che avesse parlato agli altri Cardinali suoi amici, e me lo promise: veramente farà con impegno... Mercoledì 29 si riferirà al Papa V.S., ne lascerò tornare da Orsini.
- j) Roma 28 del 1749... Ieri fui da Orsini a pregarlo ad impegnarsi col Prefetto, affinché avesse fatto il rescritto in camera colla data (61) della Congregazione: mi promise che ieri medesimo si sarebbe abboccato col Segretario ed avrebbe fatto il possibile per farlo sortire: cosa abbiamo fatto non lo so... [*Initio huius epistolae postscripserat inter lineas:*] Gloria Patri, l'Approvazione della Congregazione si è avuta. Ora è venuto il servitore d'Orsini da lui mandato. [*Sub finem epistolae subiunxit denuo:*] Ora soggiungo: Orsini m'ave mandato un servitore apostata con un biglietto, ove mi dà la notizia che la Congregazione ave approvate le nostre Regole. Domani anderò a ringraziarlo e parleremo d'aldro. Ora s'aspetta l'approvazione del Papa; ma il Signore ch'ave fatto l'uno, farà l'aldro. Fate ringraziare il Signore e pregare con ispecialità per Orsini e Besozzi.
- k) Roma 4 febbraio 1749... Sabato ebbi il decreto colle Regole dalla S. Congregazione... Orsini s'era impegnato per farlo passare per la Segreteria d'Amato, ma per consiglio mi mandò chiamare, dicendo ch'era meglio avessi io fatta tal parte con S. Santità: e veramente questa per lui ed aldri era una parte odiosa (62).

(61) Cfr. A. TANNONIA, *Vita*, lib. II, c. 31, Napoli 1798, 212. - Negotiator P. Villani, favente cardinali Orsini atque huius auxilio, adeptus est quod « domi », id est, in palatio cardinalis Praefecti atque apposita in actis die sessionis habitae, signaretur decretum approbationis. Ingens namque chartarum copia, hodieque ligata in Vaticano sessionis fasciculo, proclamat quo gradu fuerit cardinalibus impossibile tractare cunctas illius diei quaestiones.

(62) « Pars odiosa » quatenus agebatur de impetranda dispensatione aut saltem diminutione taxationis pecuniariae, quae pro Brevi expediendo consuevit exigebatur. Iam veropsemper Benedictus XIV, laboribus publicis provehendis magnifice deditus, cumulabat

- l) Roma 11 febbraio 1749... Potete scrivere ad Orsini di ringraziamento e metterla alla posta.
- m) Roma 28 febbraio 1749... Sono stato da Orsini e per ringraziarlo e per pregarlo di raccomandazione per Napoli [*pro obtinendo exequatur*], e con tanta cortesia s'è offerto. L'ò pregato anche a fare una scoperta col card. e Spinola per la fondazione [*in Statu Pontificio*]: m'ha detto che li mandassi una copia del Breve e Regole, che volentieri lo farebbe.

VI

D. Caietanus restituit beneficium suum cardinali D. Dominico Orsini an. 1778.

Arch. di Stato, Napoli. Prot. Not., Cangiano Filippo « in casali Piscinulae de Neapoli degens », an. 1778, f. 137.

Die decima quinta mensis decembris anno millesimo septingentesimo septuagesimo octavo, Marianellae de Neapoli, et proprie in domibus Ill.mi D. Herculis de Liguoro.

Costituito nella nostra presenza il Rev.do Signor D. Gaetano de Liguoro, Patrizio Napoletano, al presente in questo casale di Marianella, il quale agge ed intende alle cose infrascritte per suoi eredi e successori.

Il medesimo Signor D. Gaetano spontaneamente e con giuramento avanti di noi ha asserito ed asserisce come nell'anno 1715 fù presentato e nominato dal qm. Signor Duca di Gravina nel semplice beneficio de Iure patronatus della nobilissima famiglia Orsini sotto il titolo di S. Matteo in Ferrillis, eretto dentro la cattedrale chiesa della città di Napoli, e con bolle spedite dalla fel. mem. del qm. Signor Cardinal Pignatelli, all'ora arcivescovo di Napoli, confermato e conferitoli, come dalla nomina, atti e bulle suddette ha detto apparire. Nel quale suddetto Beneficio esso Rev.do Signor D. Gaetano si da quel tempo n'è stato, ed al presente si ritrova nel legittimo e pacifico possesso.

E considerando esso sudd° Rev.do Signor D. Gaetano de Liguoro ritrovarsi in età decrepita, ed infermo, motivo per cui non puol assistere e soddisfare il peso del d° Beneficio annesso, perciò ha deliberato rinunciare liberamente il d° Beneficio di S. Matteo in Ferrillis in manibus all'Ecc.mo Signor D. Domenico cardinal Orsini d'Aragona, attuale possessore e compatrone del Beneficio sudd° di poter'in quella liberamente nominare e presentare qualsivoglia persona che li pare e piace, senza contradizione alcuna.

E fatta l'assertiva predetta volendo d° Rev.do Signor D. Gaetano de Liguoro la detta sua deliberazione e la rinuncia sudd^a perfezionare, quindi è che oggi predetto giorno, mosso dalle sopradette cause ed altre la sua mente moventino, le quali sebbene qui non s'esprimono, ma vuole come se fossero espresse e specificamente dichiarate, spontaneamente in presenza nostra, non per forza, dolo, inganno alcuno, persuasione, minaccie etc., ma per ogni miglior via e modo, e di sua mera, libera e pura volontà, con

argumenta facietiasque ut nummorum vim necessariam sibi procuraret, demptis in materia privilegiis ac dispensationibus, prout nos edocet in his epistolis P. Villani.

giuramento avanti di noi ha rinunciato e rinuncia nelle mani del legittimo Superiore il Beneficio semplice sotto il titolo di S. Matteo in Ferrillis, eretto dentro la cattedrale chiesa della città di Napoli de Iure Patronatus della nobilissima famiglia Orsini, una con tutti li pesi, jussi, rendite, emolumenti ed entrate da quello dipendenti, colla facultà a d° Ecc.mo Signor D. Domenico card. Orsini d'Aragona, attuale legittimo compatrone del medesimo, a poter nel beneficio sudd° presentare e nominare qualsivoglia persona che li pare e piace senza contradizione alcuna, con tutte quelle clausole speciali, che in simili presentazioni sono solite appondersi, non avendosi d° Rev.do Signor D. Gaetano riserbato in d° Beneficio jus, ragione, azione o pensione alcuna, quoniam sic...

Dichiarando dippiù esso Rev.do Signor D. Gaetano che nella presente rinuncia non è interceduto dolo, fraude o inganno alcuno, ne anche patto simoniaco, convenzione o altro contro l'onesto, ma l'ha fatto di sua mera, libera, e spontanea volontà, tanto maggiormente che esso possiede effetti, beni proprj, pensioni, cappellanie, rendite ed entrate sufficienti, colle quali può comodamente vivere nel suo stato, e così ha giurato tacto pectore.

Ed attenta la rinuncia sudd° nel modo come sopra fatta, il sudd° semplice Beneficio di S. Matteo in Ferrillis da oggi e postea resti e sia libero nel dominio e facultà e potestà di d° Ecc.mo Signor D. Domenico card. Orsini d'Aragona a poterne disporre in quella maniera che l'è permesso. Promettendo esso Signor D. Gaetano pro solenni stipulatione la rinuncia di sopra fatta e tutte le cose predette ed infrascritte avere pro tempore grate, rate e ferme e quello osservare e far osservare ed alle medesime non contravenire aliqua ratione, quoniam sic...

E per la reale osservanza delle cose predette esso Rev.do Signor D. Gaetano de Liguoro spontaneamente ha obligato se, suoi eredi e successori, e beni tutti mobili e stabili, presenti e futuri, a detto Ecc.mo Signor cardinale Orsini sub paena et ad paenam duplici medietate et cum potestate capiendi, contitutione precarijs, et sic renuntiavit et iuravit in pectore more sacerdotali consentiens.

Quibus quidem sic peractis, requisiti fuimus ut de praedictis omnibus publicum conficere deberemus actum... Nos autem ...Ideo facta...

Praesentibus Regio ad contractus Iudice magnifico Antonio Tafuro in Mugnano. Testibus vero Rev.do D. Ioanne B^a Giodice, D. Carolo Marasca, D. Ioseph Pauciallo, Ianuario et Nicolao de Maria Marianellae.

VII

Card. Orsini, per filium suum D. Philippum, transmittit beneficium D. Alfonso de Liguoro an. 1779, isque capit illius possessionem.

Arch. di Curia, Napoli. Commentarium seu Instrumentum captarum possessionum Beneficiorum, auctore sac. Andrea Romano (1765-1791) f. 223 v.

In Dei nomine Amen. Praesenti publico Actu, cunctis pateat evidenter et sit notum quod anno a Nativitate D.N.I. millesimo septingentesimo septua-

gesimo nono, die vero 29 mensis junii 1779, Neapoli clericus D. Alphonsus de Liguoro, Patritius neapolitanus, vigore Bullarum huius Archiepiscopalis Curiae neapolitanae in sui favorem expeditarum sub die 28 eiusdem mensis et anni, praevia nominatione et praesentatione sibi infra legitima tempora facta ab Exc.mo D.no D. Philippo Ursini, figlio ac Vicario Generali Emm.i D.ni D. Domenici cardinalis Ursini patroni et Ius patronatus habentis simplicis ecclesiastici Beneficii seu Cappellaniae sub titulo S. Matthaei de Ferrillis in ecclesia sub eadem invocatione prope conventum S. Mariae de Nova Ord.s S. Francisci strictioris observantiae, sibi per renuntiationem R. D.ni Caietani de Liguoro, ultimi illius possessoris et Beneficiati vacati, fuit per me subscriptum Curiae Archiepiscopalis neapolitanae Actorum Magistrum inductum, immisum atque inductum [*sic*] in veram, realem et corporalem possessionem supra dicti simplicis ecclesiastici Beneficii seu Cappellaniae per signa denotantia possessivos actus, nempe orando ante illius altare illudque deosculando aliaque de iure et consuetudine faciendo, quae actum possessivum denotant et inducunt pacifice, quiete, nemine penitus discrepante vel contradicente.

Praesentibus pro testibus R.D. Silvestro Mastropieri et Iosepho Borrelli. Et ad fidem...

D. Christophorus Acampora, Actorum Magister

VIII

D: Alfonsinus sexdecennis restituit patrimonium sacrum familiae suae ac valedicit vocationi ecclesiasticae an. 1783.

Arch. di Stato. Napoli. Prot. Not., Montemurro Caietano Antonio, an. 1783, f. 407-410.

[*Ad instrumenti oram:*] Cessio et renuntiatio facta per D. Alphonsum de Liguoro pro sua Domo.

Die decima quarta mensis augusti millesimi septingentesimi octuagesimi tertij Neapoli. Constituito nella nostra presenza il Signor D. Pietrantonio Gavotti, tutore e pro tempore curatore dell'Ill.mi Signori D. Giuseppe e D. Alfonso de Liguoro, figli del qm. D. Ercole di loro padre, così dichiarati dalla Gran Corte della Vicaria con decreto di tutela e curatela, fede del quale per me si conserva, il quale Signor D. Pietrantonio in nome e parte del sudd° D. Alfonso agge ad interviene alle cose infrascritte per esso e gli suoi eredi e successori.

Spontaneamente e con giuramento in presenza nostra esso Signor D. Pietrantonio ha asserito ed asserisce qualmente il sudd° fù D. Ercole de Liguoro a 19 ottobre 1778 mediante istromento rogato per mano del Notar D. Pasquale Cerrone di Napoli (63) costituì ed assegnò a beneficio di det-

(63) Quanquam pervolvi attente protocollum huius anni 1778 a not° D. Paschali Cerrone exaratum, nullam ibidem excerpsi notitiam huius instrumenti. Memoriam tenendum est quod, postvenientibus politicis perturbationibus, instrumenta notarilia familiae De Liguoro et signanter testamentum originale D. Herculis subiacerunt cupidis machinationibus ac fraudibus eorum, qui potiti sunt omnibus fere familiae fortunis. Sed de his alias.

to Signor D. Alfonso de Liguoro di lui figlio per il suo Patrimonio Sacro annui ducati trenta sei e per facil'esazione li fece assegnamento sopra dell'annui duc. quattrocento trentasette e grana 78 sopra l'arrendamento della Regia Dogana di Napoli, che per capitale di duc. seimila novecento cinquanta quattro detto D. Ercole possedeva come vero signore e padrone, acciò il medesimo D. Alfonso fusse ascreso alla clerical tonsura, per indi al sacerdozio. In seguito di ciò detto Signor D. Alfonso v'intestò li suddetti ducati trenta sei su di detto arrendamento, ed in ogn'anno si ave quelli esatti dalli mandati che sono usciti in Bianco, siccome dal medesimo istromento, al quale...

Ed avendo d° Signor D. Alfonso determinato di non voler più seguitare la strada ecclesiastica e spogliarsi dall'abito sacerdotale [*sic*], perciò ha stabilito di rinunciare a beneficio della sua Casa li suddetti annui duc. trentasei, costituitili dal d° fù D. Ercole di lui padre per patrimonio sacro sua vita durante ed assegnati su di d° arrendamento, siccome di sopra si è detto, in vigore del sudd° istromento, acciò li detti annui duc. trentasei da oggi in poi restino liberi ed espliciti a beneficio di d^a sua Casa, e senza verun vincolo o condizione alcuna, attenta la quale determinazione esso Signor D. Pietrantonio in nome e parte di d° Signor D. Alfonso ha determinato di far la medesima rinuncia, e perciò per futura cautela ha stabilito stipularne il presente istromento.

Fatta dunque dett'assertiva esso Signor D. Pietrantonio Gavotti in nome sudd° spontaneamente e con giuramento in presenza nostra, non per forza o dolo alcuno, ma per ogni miglior via ha ceduto e rinunciato, siccome cede e rinuncia, a beneficio dell'Illustre Casa di d° Signor D. Alfonso de Liguoro li suddetti annui duc. trentasei, costituitili per patrimonio sacro dal d° qm. D. Ercole de Liguoro a beneficio del d° Signor D. Alfonso, e per facil'esazione assegnati su di d° arrendamento della Regia Dogana in virtù del sudd° istromento, rogato per mano del d° Notar D. Pasquale Cerrone, senza riserbare esso D. Alfonso su de' medesimi annui duc. trentasei veruno ius, ragione ne azione alcuna, facendo quelli liberi ed esenti dal sudd° patrimonio sacro, concedendo per tal'effetto potestà e facultà alla d^a Illustre Casa di d° D. Alfonso de Liguoro di reintestare li suddetti annui duc. trentasei su di d° arrendamento della Regia Dogana con restare descritti in testa di d° Illustre D. Ercole come prima, franchi, liberi ed esenti dal sudd° vincolo di patrimonio sacro del d° Signor D. Alfonso, non volersi più d° Signor D. Alfonso incamminare per la strada ecclesiastica, con comparire in giudizio la persona legittima di d^a Illustre Casa e fare spedire il mandato per la sudd^a reintestazione e quello far notare nelli libri del Real Patrimonio, e maggiore (?) computate di d° arrendamento: della quale rinuncia se ne deve fare notamento nella margine del sudd° istromento rogato per mano del magnifico Notar D. Pasquale Cerrone di Napoli, quia sic...

E per la real osservanza delle cose predette esso D. Alfonso spontaneamente ha obbligato se, suoi eredi e successori e beni tutti, presente e futuri, sub paena et ad paenam, duplici medietate, cum potestate capiendi et constitutione precarij, renuntiavit et iuravit.

Praesentibus Iudice magnifico D. Francisco Ansalone de Neapoli Regio ad contractus, testibus vero magnifico D. Iosepho M^a Squillante, mag.co D. Laurentio Capitani et mag.co Not. D. Michaële Pozzo.

IX

Testamentum Rev.di D. Caietani de Liguoro an. 1784.

Arch. di Stato, Napoli. Prot. Not., Montemurro Caetano Antonio, an. 1784, f. 416-419.

Eadem die decima mensis septembris millesimi septincentesimi octuagesimi quarti. Neapoli.

A richiesta fatta a Noi, Notaro, Giudice a' contratti e Testimoni per parte dell'Ecc.mo Rev.do Signor D. Gaetano di Liguori, personalmente ci siamo conferiti nel palazzo dell'Ecc.mo Signor D. Giuseppe di Liguori del qm. D. Ercole, sito nella strada detta l'Arenaccia della Sanità (64), nel quartino matto, e propriamente nella seconda stanza, in dove abbiamo ritrovato esso Rev.do Signor D. Gaetano giacente in letto, infermo di corpo, sano però per la grazia di Dio di mente, udito e nel suo retto parlare e memoria: il quale avendo considerato lo stato fragile e caduco dell'umana natura, che soggiace a mille miserie, tanto maggiormente in esso, ch'è di età decrepita per la certezza della morte, abbenché incerta l'ora di essa, e dubitando di passare da questa all'altra, vita intestato, e non esonerarsi la sua coscienza con beneficiare a quei, che l'hanno assistito nelle sue infermità, perciò ha stabilito fare il presente testamento, quale vuole che per tal ragione vaglia, e se talmente non valesse, vaglia almeno per ragione di codicillo, donazione causa mortis e per ogni altra miglior via e modo, che dalla legge li vien permesso. Cassa, irrita ed annulla tutti e qualsivogliano altri testamenti e codicilli, che dal medesimo finora si ritrovassero fatti, e vuole che questo abbia la sua esecuzione ed osservanza, proibendo espressamente che dalla sua eredità non se ne possa detrarre o defalcare cos'alcuna per ragioni di falcidia o Trebellianica, ne anco pel dovuto sussidio de' beni.

Primieramente essendo l'anima più degna del corpo, ragionevolmente deve essere preferita a tutte le cose transitorie di questo mondano secolo, che però esso predetto Rev.do D. Gaetano de Liguori, come fedele cristiano, raccomanda l'anima sua alla SS.ma Trinità, a Maria sempre Vergine, al Patriarca S. Giuseppe, a S. Gaetano, di cui ne porta il nome, a S. Michele arcangelo, Principe della celestial Milizia, all'Angelo suo Custode ed a tutti gli altri Santi e Sante di detta celestial Milizia, acciò per li meriti del Sangue sparso dal buon Gesù nostro Redentore, vogliano intercedere presso Sua Divina Maestà il perdono de' falli suoi per pura sua misericordia: acciò sprigionata sarà l'anima sua dal suo penoso corpo, quella voglia accogliere nel suo santo Regno del Paradiso a goderlo per l'eternità; ed il suo corpo cadavere vuole che sia sepolto nella Congregazione di S. Michele Arcangelo,

(64) Cfr *Spic. hist.* 13 (1965) 115 ss.

detta de' Settantadue sacerdoti, in dove esso si ritrova ascritto per fratello, con quell'esequie ed associamento solito farsi a' confratelli di detta Congregazione.

È perché il capo e principio di qualsisia testamento è l'istituzione dell'erede, senza della quale istituzione qualsisia testamento per disposizione di legge viene ad esser nullo, perciò esso Rev.do D. Gaetano di Liguori, testatore istituisce, ordina e fa e colla sua bocca nomina a se suo erede universale e particolare il sudd° Ecc.mo Signor D. Giuseppe di Liguori del qm. D. Ercole, suo nipote, sopra tutti e qualsivogliano suoi beni mobili e stabili, presenti e futuri, oro, argento, esiggenze, danaro costante, jussi, ragioni, azioni ed ogni altro che alla sua eredità spettar potrebbe ora e per l'avvenire, et signanter delli ducati trecento, che esso Rev.do Signor D. Gaetano tiene impiegati colla casa di d° Ecc.mo Signor D. Giuseppe di Liguori, per li quali se li corrispondono annui docati dodeci, siccome appare da pubbliche cautele. Delli quali ducati trecento vuole, ordina e comanda esso Rev.do Signor D. Gaetano che se ne debbano da d° Signor D. Giuseppe, suo erede come sopra istituito, pagare li seguenti legati, cioè:

A Carlo seu Carluccio Scarola, suo servitore, se li debbano dare, siccome esso Rev.do Signor D. Gaetano testatore lascia iure legati, ducati cinquanta pro una vice tantum, oltre della mesata corrente di quel mese che seguirà la morte di esso testatore: come li lascia il suo letto, che sta a Marianella, consistente in lettiera di tavole, scanni di ferro, tre matarassi, due di lana ed uno di finello, due coscini di lana, due coverte, una imbottita ed un'altra bianca di bombace, e tutte le biancherie proprie di esso Rev.do Signor D. Gaetano, testatore: e ciò in contrasegno della buona assistenza e servizi prestati da esso Carluccio, per essere così la sua volontà.

Similmente esso Rev.do Signor D. Gaetano vuole, ordina e comanda che si diano da d° suo erede, come sopra istituito, parimente pro una vice tantum, siccome ci li lascia esso Rev.do Signor D. Gaetano jure legati, al suo cocchiere Giuseppe di Nino ducati dodici, oltre la mesata corrente di quel mese che seguirà la sua morte, per esser così la sua volontà.

Parimente lascia esso Rvdo. Signor D. Gaetano testatore pro una vice tantum alla sua donna di servizio, chiamata Geronima seu Ciomma, che sta in Marianella, carlini trenta, atteso così è sua volontà.

È finalmente esso Rev.do Signor D. Gaetano di Liguoro vuole, ordina e comanda che seguita sua morte si debbano da d° Signor D. Giuseppe de Liguori dare e pagare ducati venti alla sudd° Ven.le Congregazione di S. Michele Arcangelo, intitolata de' Settantadue Sacerdoti, li quali si debbano far celebrare tante messe da' confratelli di d° Congregazione alla ragione di carlini due per ciascuna messa in suffragio dell'anima di esso D. Gaetano testatore.

Ed essendoli insinuato da me predetto Notaro se lasciar voleva qualche cosa al Real Reclusorio, il medesimo D. Gaetano ha risposto di non avere che lasciarli (65).

(65) Ibid., 13 (1965) 216, nota 28. « Real Reclusorio » idem erat ac « Real Albergo ».

E finalmente esso Rev.do Signor D. Gaetano testatore fa esecutore e pieno distributore del presente suo testamento il Dr. Signor D. Pietrantonio Gavotti, acciò il medesimo faccia eseguire ciò, che col presente testamento sta ordinato e disposto.

De quo quidem testamento, modo quo supra condito, ipse Rev.dus D.nus D. Cajetanus de Liguori requisivit Nos, quod de praedictis omnibus publicum conficere deberemus actum. Nos autem... Unde... In cuius rei testimonium...

Praesentibus Iudice magnifico Ansalone de Neapoli Regio ad contractus. Testibus vero D. Raphaele Crispo, mag.co D. Cajetano Adamo, mag.co Nicolao de Simone, mag.co Laurentio Cappetello, Cajetano Remorillo, Vincentio d'Adamo, Nicolao Errico.